mēbꝛa quantū ad ſpeciē:non aūt ad indiuiduū:ut dictuꝫ

est sepe. ¶ Et in ꝓcessu maiore indigẽt sedatione ꝑpter eoꝝ fortem sensuz. Et maiorẽ respirationẽ ꝑpter earum citã putrefactionẽ. Et ꝑpter hoc in calidis: quantum ad principiũ laudat Aui. lentes cortices granatoꝝ rosas coctas in aqua cum oleo ros. icorporatas: ⁊ populeon: ⁊ solatrũ ualde. Et in sedatione doloris ꝯcedit fomentatio maluarũ ⁊ iusquiami: ⁊ epithimatio cum oleo viol. ⁊ albuminibus ouoꝝ insimul mixtis. Et medulla panis albi in lacte infusa ⁊ tẽperata bene mixta cũ vitellis ouoꝝ semicoctoꝝ ⁊ modico opij ⁊ croci incorporãdo cuz oleo papauerino. ¶ In trãspiratione ⁊ mũdificatione multũ cõfert crebra remutatio. Et ꝙ foramẽ virge teneat apertum cum tẽtis de cera aut de pãno. Et ligature ad sustinendum fiant ad modum sacculi cuz bracali taliter ꝙ teneat: ⁊ ligature nullo modo inferant dolorem.

¶ De extẽsione uẽtosa que di: priapismus dicet infra.

¶ De apostematibus ani.

Apostemata ani cũ ꝑdictis apatibus maximã etiam habẽt cõmunitatez.

¶ Et ultra hoc habẽt de speciali ꝙ in maturatiuis ⁊ sedatiuis addit tassusbarbassus. ¶ Et postꝙ fuerit maturata nõ ꝑmittat saníes longo tpe esse in loco: ⁊ ꝙ aptiones fiãt rotũde ⁊ q̃si lunares ut humores facilius exhant: ⁊ non aggregentur in loco: ⁊ fiant fistule. ¶ Quomodo aũt curent emorroydes ⁊ fistule ani inferius dicetur.

¶ De apostematibus coxarum ⁊ tybiarum: siue pedum magnorum. Cap. VIII.

a **Postemata** coxarũ ⁊ tybiarũ nõ uariant ab alijs cõibus alioꝝ mẽbroꝝ: nisi ꝙ ante rotulã genu nõ fiant apertiones ꝓfunde: qm̃ sequuntur eas accidentia mala a quibus pauci liberantur. ut dicit Auic. ⁊ Henricus hoc suo experimento confirmat.

¶ De elefantia uaricibus ⁊ uena meden.

Solent quãdoq; ꝯtingere in tybijs: utplurimuz ingrossationes ⁊ grossities preter naturã que dicuntur uarices uena meden ⁊ elefantia. ¶ Sunt autẽ uarices uene dilatate ⁊ inuolute ad modũ vitis uariate ⁊ ramificate in crure ⁊ pede. utplurimum: q: quandoq; in alijs particulis reperiunt. ¶ Uena meden sic dicta ab Aui. ciuilis ab Albuc. famosa ab Haliab. est uena elongata ad moduz uaricis ⁊ uermis uoluntarie mouẽtis que incipit cum inflatione uesicatione atq; dolore. ¶ Elefantia est additio carnis in pedibus ⁊ tybijs ultra mensuram uelut est videre in tybijs elefantium.

Cause istarũ egritudinũ quasi sunt eedez videlz sanguis grossus melãcolicus atq; flegmaticus ⁊ adustus: qui ad illa loca descẽdit ꝑpter eius multitudinem: aut ꝑpter labores fortes. Et propter hoc accidunt melancolice viuentibus ⁊ onera portãtibus: ⁊ post egritudines acutas qm̃ mã illuc expellitur.

Signa aũt sunt manifesta: q: vnaqueq; discernit ex suo simili per colorẽ ⁊ regimẽ añcedẽs ut dicit Aui. ¶ Judicat aũt ꝙ sint difficiles ⁊ timorose ad curãduz ꝑcipue antique ⁊ ꝯfirmate: eo q: quãdo materia que solebat currere ad loca vilia retinet: ⁊ puenit ad sublimiora ſm Aui. peiorem inducit dispõnem. Iux illud Gal. 6° afforismoꝝ. Emorroydas habẽti antiquas sanãti: nisi vna relicta fuerit periculũ est maniã aut ydropem fieri. In talibus enim est melius nõ curare. Nã curati citius pereunt. Nõ curati longuz tẽpus ꝑficiunt. Et ego vidi plures. ⁊ Lamfrãcus idem testat. Amplius iste passiones se ꝯsequunt: ⁊ utplurimũ ulcera generãt mala ⁊ difficilis curationis: ꝑpterea incisio istarũ passionũ ad emorrosagias ⁊ cancrositates est suspecta. ¶ Ceteruz iste passiones sunt regionales ⁊ quasi hereditarie: precipue uena meden: que in illa regione: ⁊ per cõsequẽs in alijs ita calidis multiplicat: uenam meden: seu ciuilem Albucas. cum pondere plũbi in longitudine. xv. uel. xx palmarum extrahit. ¶ Ego aũt nunq̃ eam vidi: neq; Galie. ut testatur Auicẽna.

Curatio tres hẽt intẽtiones. Prima est in vita ut humor grossus ⁊ melãcolicus nõ gñet. Scda in mã añcedente ut ipa gñata euacuet. Tertia in cõiuncta ut ipa desiccãdo aut extrahendo ꝯsumatur.

¶ Intẽtio ꝑma complet ſm Ras. ꝙ abstineat a grossis ⁊ melãcolicis ut sunt carnes uaccine ⁊ que uenãdo capiũtur: ⁊ ꝯfectiones de melle ⁊ lentes ⁊ caules ⁊ triticuz coctum ⁊ panis azimus ⁊ vinũ grossum dulce: ⁊ tota dieta dicta supius in apatibus melancolicis. Caueat etiam a nimia ambulatione ⁊ statione sup pedes suos. Et sit cõtentus cibis subtilibus pauci nutrimẽti sanguinẽ subtilẽ gñantibus: sicut carnes pulloꝝ ⁊ columboꝝ iuuenum ⁊ hedoꝝ: ⁊ olera subtilia ⁊ vitella ouoꝝ sorbilia: ⁊ vinuz album subtile: sunt bona panis bene preparatus.

¶ Scda iẽtio cõplet cũ flõmia ⁊ pillis maioribus de hermodactilis ⁊ yera ruf. epithimo polipodio ⁊ lapide laculi ⁊ uomitu semel in hebdomada: ⁊ usu trifere minoris.

¶ Sed 3ª res cõplet ponendo stiptica desiccantia ⁊ resoluentia fortiter super totum pedẽ ⁊ tybiam. Et utat ligatura cuz istis ab inferiori parte ad supiorẽ ut fuit dictum supius de apostematibus flegmaticis ⁊ cyragra: ad que pro huius negocio est recurrẽdum. Et ad hoc ordinant tres aut quatuor forme auxilioꝝ. ¶ Primũ est lauamentum cõmunitatis cum aqua faboꝝ ⁊ chimolee ⁊ aceto. ¶ Secundum est epithima Ras. cum aqua cinerũ decoctionis seminis caulium sticados arabici lupinorum fenugreci nitri ⁊ stercoris caprini. ¶ Tertiuz est eiusdez cum mirra aloe acatia ypoquistidos alumine dissolutis cum aceto. ¶ Quartũ est Theodorici ꝓprium qm̃ materia est magis flegmatica ⁊ uentosa. Q̃. R. radicis affodilloꝝ ebuloꝝ filicis folia sambuci paritarie caulium ruβeoꝝ coctoꝝ cũ vino ⁊ aqua marina pistata ⁊ icorporata cũ fece vini erũt meliora. Et si cũ istis fieret stuffa nõ minus ualeret. ¶ Si aũt adesset inflãmatio ⁊ uesicatio cũ dolore: ut ꝯtingit in uena meden. Jubet Aui. emplastrare cũ succis frigidis notis: ⁊ duobus sandalis psilio aloe mirra ⁊ camphora. Et si nõ ualent aliquid ⁊ fueris cum instãtia regsitus scinde carnem circa plicaturã genu ubi apparet trũcus ⁊ radix oium uaricarũ uel sine incisione cõprehẽdat uena cum vncino in duob9 locis distãtibus per duos aut tres digitos: ⁊ liga fortiter cuz bono filo de serico: deide discarnãdo eleua ⁊ scinde qd̃ est in medio. Cõsequenter solue ligaturã factã uersus partez inferiorem ipsius uaricis: ⁊ ducendo sanguinẽ supius cũ manibus ipm quãtuz est possibile extrahe: ⁊ post caput uene supioris ⁊ totum vulnus cum ferro calido: aut cum arsenico cauteriza: ⁊ mũdificãdo firmiter ꝯsolida. Et si aliqd de illo sanguine remãserit cum medicaminib9 dictis tuo posse ꝯsume ⁊ desicca. ¶ Nonnulli vero ut Albuc. talem opationem ꝑcipiũt cum ferro ſm duos modos. vnus eorum. ut secãdo sanguis niger exhat. Alter vero ut uena cũ sanguine euellatur: sectio fit ꝙ ligata coxa usq; ad genu cuz bona vitta: uena in duobus aut tribus locis secetur ⁊ aperiat: deinde cõprimẽdo ⁊ ducẽdo sanguinem usq; ad loca aperta: ꝓut erit possibile extrahatur. Et tale regimen postea infirmo precipiat ut in posteruz non ledat. Eleuat ⁊ euellit seu eradicat tota uena incidẽdo cutem indirecto uaricarum in tot ⁊ talib9 locis ꝙ absq; hoc ꝙ uena aperiat cum vncinis cõprehendatur ⁊ trahat quousq; euellatur a parte superiori ⁊ inferiori. Et post vulnus cuz lana infusa in oleo ⁊ vino curet donec sanetur. Primus modus mihi videtur securior. Gal. precipit eũ facere in timporib9 pro reumate calido oculoꝝ. 13° terra. dum subdit. Etenim uarices curamus ita vinculum ut sup̃ in timporib9 imittẽtes ꝑus: ⁊ ita abscindere qd̃ medium. Et Haliab. in sermone nono scde partis lib. regalis dispositionis ipsum approbat ⁊ ponit. De podagra ⁊

dolore iuncturarum dicetur in 6°. in quo ponentur passiones que ꝓprie non sunt apostemata: nec vulnera: nec ossium passiones.

Tractatus. III.

Et est de vulneribus. Cuius sunt due doctrine.
¶ Doctria pͣ est de vl̄neribꝰ ꝓut isūt i mēbꝛis simplicibꝰ.
¶ Doctrina 2ͣ in spāli ꝓut insunt mēbꝛis cōpositis.

Prima doctrina

quinque habet capitula.

¶ De vulneribꝰ ꝫ solonibus ꝯtinuitatis uł̄r. Cap. I.

Ulnus est solō ꝯtinuitatis recēs sanguinolēta sine putrefactiōe in ꝑtibꝰ mollibꝰ facta. Solō enim ꝯtinuitatis ponit̄ ibi ꝓ gn̄e in pꝛimo de egritudie ꝫ sinthomate. que est cōis egritudo simplicibus ꝫ cōpositis ꝑticulis: magis tn̄ ꝓpꝛie simplicibꝰ inest ꝙ̄ cōpositis ꝭm Auer. in 2° ꝫ 3° colliget. ꝫ cū in eis uerioꝛ ꝯtinuitatis rō saluet̄. Reliqua ponunt̄ ꝓ dr̄ia: recēs videlꝫ sanguinolentū: sine putrefactione ad dr̄iam ulceris: qđ est cū putrefactione. In ꝑtibus mollibꝰ ponit̄ ad dr̄iam fracturarū que in mēbꝛis duris ꝯtingūt. ¶ Unde ꝭm hāc gn̄alem diuisionē particularū Joānitius dicebat ꝙ cyrurgia erat duplex: aut in carne: aut in osse. Intellexit enī carnē ꝓ musculis neruis ꝫ uenis que sub mollibꝰ ꝫ mediocribꝰ ꝑticulis cōpꝛehēdebat Cōmētatoꝛ nouꝰ in 3° tegni. ¶ Solō cōtinuitatis multas hēt spēs in. 2. fen pꝛmi canonis Aui. vulnus ulcus aptura pūctura incisio euulsio fractura: ꝫ illud genus. Quoꝝ descriptiōes ꝫ dr̄ie in suis locis dicentur. Nec de dissonātia noium est curādū dum solū res itelligant̄. vnū ꝓ reliq̊ sepe tn̄ poni iuenio. Uulnus enī ꝫ ulcus in greca translatione idem sunt. In arabica vͦ differūt. Et ꝓ certo greca trāslatio melius dixit: q: vulneꝝ siue ulcerū ꝭm Gal. 4° terrap. due erāt dr̄ie maxime: soluꝫ videlꝫ sine causa ꝑsente ꝫ associatū cū causa operāte. Uulnus aūt ꝫ plagā idem reputat Haliab. ꝭmone 6° dispōnis regalis. ¶ Spēs solōnis ꝯtinuitatis suas sumit per dr̄ias potissime a tribꝰ. pꝛmo a natura ꝑticularium in quibꝰ fiūt: ꝫ ita dicimus in 3° tegni. ꝙ quedā fiūt in ꝑtibꝰ cōsilibus ꝫ omiomeris: quedā in oꝛganicis. Et que i cōsilibus: quedā in ꝑtibus mollibꝰ: quedā in duris: quedā in mediocribꝰ. Et que in mollibus: quedā in carne: quedā in pinguedie. Que vͦ in duris: quedaꝫ in sb̄a ossis: quedā in iunctura. Et que in mediocribꝰ: quedā in neruis ꝫ ligamētis: quedā in arterijs ꝫ uenis. Que aūt i oꝛganicis: quedā in pꝛincipalibus ut coꝛde epate ꝫ cerebꝛo: quedā in seruiētibꝰ pꝛincipalibꝰ ut trachea arteria meri uesica ꝛc̄. Quedā in nō seruiētibꝰ eis ut auricula oclus ꝛc̄. ¶ Albuc. vͦ dicit ꝙ vulnera ꝭm loca distinguunt̄: ga quedā fiunt in capite: quedā in collo pectore uentre ꝛc̄. Et ꝭm res a qbꝰ fiunt ut dicet̄ statiꝫ. ¶ Scđa dr̄ia sumit̄ ab eē solōnis in 3° terrap. ꝙ quedā est simplex: quedam cōposita. Simplex in qua nō est aliqua dispō cōplicata. Cōposita in qua est duaꝝ: aut pluriū cōplicatio dispōnū inquā nō hn̄tiuꝫ rōneꝫ ut cause opantes maxime vulnꝰ. sed sine quibꝰ nō obtinēt sanationē in 4° terrap. ꝫ sequēti caplō. Et magis de vulneribus dicet̄ infra. ¶ Tertia differētia sumit̄ a ꝓpꝛijs differentijs ipsius solutionis in tertio eiusdeꝫ: ut a magnitudine ꝫ puitate equalitate ꝫ inequalitate ꝓfunditate ꝫ supficie totalitate: ꝫ ꝭm partē rectitudine ꝫ obligtate: ꝫ id genus. ¶ A talibus aūt differentijs sumunt̄ iudicia ꝫ intētiones curatiue ꝫ auxilia: ꝫ modus cuꝫ quibꝰ cōplent̄. Unde Gal. 3° terrap. ꝙ ultra indicationes pꝛmas que nō sunt partes artis rōne digne cum idiotis existunt note: opoꝛtet cōsiderare super indicationes particulares ꝫ substantiā ꝫ vniuscuiusqꝫ particularū actum utilitatē atqꝫ positione: ex quibus ꝓcedēs medicus nō potētem sanare ꝑsciet: ꝫ ꝓ potēte suscipere sanitatē de auxilioꝝ inuentione ꝯsiderabit.

Cause lꝫ ꝭm Gal. in 2° de egritudine ꝫ sinthomate. uł̄r cause omiuꝫ solonum ꝯtinuitatis sunt hec quidem que extroꝛsum ꝓcedunt. Alie vͦ ex ipso coꝛpe. Nihilominus cause vulnerum recentium inquātuꝫ vulnera sunt quecūqꝫ extroꝛsuꝫ ꝑforare: aut cessare apta nata sunt. Et has specificauit Haliab. sermone 4° dispōnis regalis dum dixit. qm̄ cause he aut a coꝛporibus fiunt inanimatis ut ense iaculo lapide ꝫ simili. aut ab aiātis ut uenenosoꝝ punctura atqꝫ ferarū moꝛsus. ¶ Ex quibus sumit̄ alia differētia vulnerū ꝙ quedā sunt incisiones. quedā ꝯtusiones. quedā vͦ moꝛsure. A qua etiā sumit̄ curationis indicatio: per accidens tn̄: quia ꝓbatum est quarto terrap. ꝙ a dispōne sumitur indicatio. a causa vͦ pꝛmitiua tanqꝫ a non ente ꝫ tēpore significatio.

Signa vulnerum sensus ꝫ pꝛesentia demonstrat singularis. ¶ Quia iudicia vulneruꝫ ꝫ solutionum ꝯtinuitatis habent̄ per sciam substātie ꝫ actꝰ. Et utilitatis particularum ꝫ esse dispōnum ut superius est allegatum ꝓ tāto indicat Gal. in 4° terrap. ꝙ vulnꝰ ꝫ solones ꝯtinuitatis magne ꝫ foꝛtes nō modicum hn̄t periculū: fiūt enim foꝛtes tripl̄r. Uel ꝓpter pꝛincipalitatē patiētis partis. Uel ꝓpter malā morigerationē. Uel ꝓpter magnitudineꝫ dispōnis: ꝓpter qđ ꝫ percussionum quecūqꝫ in capite intra thoracem ꝫ uētrem appꝛehēdūt non paruuꝫ inferūt periculum: ꝫ maxime qn̄ simul percutit̄ quid interioꝝ. ¶ Sed ꝫ qm̄ male morigerate cito fiunt oēs que in articulis percussiones fiūt fere oēs: ubi enim sunt tenantes. Et nerui ꝫ in carne ꝫ ossuose regiones periculum est: ꝫ dolere ꝫ vigilare ꝫ spasmari ꝫ decipere. Et cum his quecūqꝫ magna fiunt vulnera ꝙ sutura indigeāt. ut supple que fiunt per totalem transuersuꝫ musculoꝝ pꝛincipaliū. Et que magnas uenas ꝫ arterias: ꝫ neruos atqꝫ medullas ꝯcutiunt maximū inferūt periculū. Pꝛimū cōsulit Gal. ex illo. 6. affoꝝ. uesicā decisam aut cerebꝛum: aut coꝛ: aut dyafragma: aut aliqđ intestinorum subtiliū: aut epar: aut uētrem moꝛtale. Secūduꝫ ex illis afforismis. 5. Quibuscūqꝫ ydemate idest tumores in vulneribus apparent non spasmantur. Et si in vulneribus magnis ꝫ foꝛtibus ydema non appareat hoc magnū maluꝫ. Et uocabat ulcera maligna: ut ipsemet Gal. exponit in cōmēto. vulnera que ꝭm capita uel fines musculorum: ꝫ maxime neruosorum fiunt.

¶ Juxta qđ aduertēdū ꝙ per periculum intelligit̄ moꝛs totalis coꝛporis: aut particularis mēbꝛi que est pꝛiuatio vite aut malefactio seu mēbꝛi ipotētia ꝑpetua: ꝫ icoꝛrigibilis que est ꝑuatio motꝰ ꝫ sensus: ꝫ ꝓpꝛie opatiōis ipsorum. Postqꝫ mēbꝛū nō dr̄ mēbꝛū: neqꝫ pars coꝛpis ꝓpꝛe sed denoiatiue ꝫ equoce uelut lapideus oculus aut ereus. 2° de aia. ꝫ 4° meteoroꝝ. Et istud est multuꝫ necessarium cyrurgico disponēti in cura de vulneratis: scire videlꝫ que vulnera sunt moꝛtalia: ꝫ que malefica.

¶ Pꝛo qbus est sciēdū ꝭm intētioneꝫ Gal. in 6° affoꝝ. in cōmento uesicā decisam. ꝙ vulnera: quedā sunt moꝛtalia ualde ꝫ necessario: quedā nō necessario: sed utplurimū. Et per oppositū: quedā sanabilia omnino: quedam utplurimū. Moꝛtalia necessario sunt vulnera substātie coꝛdis que interficiūt statim: ꝑcepto enim nature mādatur totꝰ sanguis ad coꝛ: ex quo fit emoꝛrosagia resolutio apostema: ꝫ oppilatio ꝓhibens delegare vitā ad vniuersum coꝛpus. Coꝛ vͦ diu nō pōt pati solutionē ꝯtinuitatis nec apata durante vita. ut ponit Aui. ¶ Amplius moꝛtalia necessario sunt vulnera magna ꝫ penetrātia substātiam cerebꝛi ꝫ epatis dyafragmatis: stomaci intestinorū graciliū renum trachee arterie meri pulmonis ꝫ splenis chistis fellis ꝫ omniū aliorū membꝛoꝝ pꝛincipalium: ꝫ ꝫ seruiētium membꝛis pꝛincipalibus seruitute necessaria ad vitam. Et causa est: quia de ipsis nulli sanantur ut rationabitur. ¶ Consequenter vulnera moꝛtalia non necessario: sed utplurimū sunt vulnera parua ꝫ supficialia

predictorum membrorum ⁊ penetrantia ad regionem ipoꝝ ⁊ capitũ musculoꝝ. Et causa est q: si bñ nõ tractent de ipsis contingit mors. si vo bñ sanarẽt: sicut ego vidi de parte posteriori cerebri: de qua exiuit parũ de sba cerebri: qd fuit cognitum per lesionẽ ⁊ memoriam quã post curã recupauit. Non tñ dico ꝙ viueret si exiret tota vna cellula: ut de illo cellario narrat Theodoricus. Nec Gal. dicit de illis duobus quos vidit plagatos sanari in samaria viuẽte magistro suo pelope ꝙ exiuerat sba cerebri: sꝫ solũ plagatũ fuerat cerebrũ. Neqꝫ de illo queꝫ ipse vidit sanatũ in smirnis. ut narrat in 8° de util. dicens ꝙ exiuit sba cerebri. Sed in altero uẽtriculoꝝ geminatorũ fuisse vulneratũ. Et cũ hoc uolũtate dei curatᵘ putabat. Si eni ambobus fuisset plagatᵘ pauco tpe durasset. ut dixit ex q̃ cõcludit gemiatiõis aliqrũ organoꝝ utilitatẽ ut supᵘ in anothomia fuit dictum. Et tam de isto q̃ꝫ de istis sanatio rara raroꝝ ualde fiunt ut in pallegato dicit cõmento.

¶ Causa quare vulnus cerebri ⁊ paniculoꝝ eiᵘ sunt mortalia mõ dicto: est q: ad lesionẽ cerebri: sequit lesio thoracis ⁊ mẽbroꝝ respiratiuoꝝ ex qua eucrasia corrũpit cordis in qua ex necessitate sequit aial totuꝫ perire. ut 5° de interioribᵘ. ait Gal. ¶ De epate etiã vidi vulnera pua circa lũbos sanari: nõ tñ pfunda: nec cũ depditiõe alicuius pticule ipsiᵘ: sicut idem Gal. testat. Cuiᵘ cãm reddit ipe in 5° interioꝝ. Quia pter depditionẽ nutricationis mortificat cor ⁊ perit aial: hoc tñ tpe fit ampliori. ¶ Vulnera dyafragmatis pcipue que in locis fiũt neruosis incurabilia sunt q: carẽt sanguine: ⁊ cũ hoc hñt ꝯtinuũ motum. Vulnera eni nõ curant nisi quiescãt ⁊ labia ꝯiungant. In carnosis tñ pticulis ꝯsolidata sunt multotiens sm ipsũmet Gal. 5° terrap. Vulnera pulmonis q: citissime apant etiã sunt icurabilia utplurimũ: eo q: nec ppa vulnerũ farmaca tãgere pñt ulcus. Et qñ mouet sm respirationes ⁊ agitat sm tusses. ¶ Vulnera etiã trachee arterie magna pcipue in pte cartillaginosa etiã raro curant: q: sunt dura ⁊ exanguia ⁊ ꝯtinuũ respiramẽtuꝫ per vulnus hñt. ¶ Vulnera etiã ysophagi magna nõ curãtur: q: trãsitᵘ cibi ⁊ potᵘ impediũt ꝯsolidationẽ. ¶ Vulnera etiã uenarũ organicaꝝ magna nõ curant: nisi raro pter eiᵘ magnã emorrosagiã perit spũs ⁊ vita etiaꝫ: q: nõ pñt sustinere timore suffocatiõis ligaturã necessariã ad restringẽdũ emorrosagiã. ¶ Vulnera stõci sũt mortalia mõ dicto ⁊ itestinoꝝ graciliũ pcipue circa ieiunuꝫ ⁊ mñcis renũ ⁊ uesice ⁊ fellis: q: sunt neruosa ⁊ exãguia ⁊ est locus ⁊ trãsitᵘ malignarũ humiditatũ: ⁊ eoꝝ puitus ꝯtinue vite est necessariᵘ: ⁊ cũ h medicamia ꝯuenienter nõ pñt applicari. ¶ Vulnera splenis ẽt cũ hẽat officiuꝫ toti neciuꝫ cũ sit alterũ epar: ut dixerũt multi: sunt piculosa. Sed nõ sunt ita periculosa: ut aliorum membroruꝫ.

¶ Vulnera ẽt penetrãtia ad itriseca mẽbrorũ iudicant mortalia: utplurimum pro tanto: quia aer qui ingredit ad ea sine alteratione offendit intrinseca mẽbra. Etiam quia per ea inspiratur spiritus ⁊ offenditur ⁊ debilitatur virtus. ⁊ cum hoc nõ possunt bene mũdificari. Et finaliter pariunt fistulas: ⁊ empimata cum quibᵘ moriuntur.

¶ Signa vulnerationis istoꝝ membrorum: ⁊ multa que omittunt rõne breuitatis dicent inferius in suis locis.

¶ Amplius vulnus ⁊ pũcture que fiunt in capitibᵘ musculoꝝ: ubi sunt nerui satis denudati ⁊ chorde ⁊ ligamẽta ad tres digitos ppe iũcturã ⁊ timpora sunt mortalia utplurimũ in 3° tegni. ¶ Nerui vo ⁊ tenãtos pũctura parata est uocare spasmos: pter plurimũ sensuꝫ quẽ referunt ad cerebrũ. Et per ꝯñs mortẽ. Et causa est nocumẽtũ qd uenit a cerebro mẽbris respiratiuis ut supius est dictuꝫ. Et propter hoc dicebat Hyppo. in 5° affoꝝ. In vulnere spasmus supueniẽs mortale. Nõ necessario: sed utplimũ ingt Gal. in cõmento. ¶ Mẽbra pticularia iudicantur mortalia: qñ pncipales uene ⁊ arterie ⁊ ossa per vnde viuificabant ⁊ nutriebant ⁊ sustẽtabant penitᵘ sunt icise ⁊ destructe: ⁊ incipiũt nigrescere mollificari ⁊ cadauerari ad modũ estiomeni ut in icisione brachioꝝ ⁊ tybiarum.

¶ Mẽbra etiã iudicant malefica: ⁊ ipotentia ppetue qñ nerui chorde ⁊ ligamẽta que regebãt ea sũt abscissa: ⁊ penitᵘ destructa ⁊ pdũt icõtinẽti opationẽ suã ⁊ icipiũt arefieri ⁊ desiccari. ¶ Vulnera vo sanabilia oĩno sunt que sunt in euchimis corpibᵘ: ⁊ in locis carnosis paucorum neruoꝝ ⁊ uenarũ nõ magne capacitatis neqꝫ pfũditatis. Et causa est: q: ad ea nõ debet sequi febris: neqꝫ mala accidẽtia dũtaxat ꝙ bñ regant. Et ideo est bonum ꝙ in dispõnibus taliuꝫ: tu dicas hoc: ⁊ etiam dũtaxat ꝙ aliud nõ supueniat qd de psenti nõ apparet: neqꝫ regulariter uenire ꝯsueuit. ¶ Vulnera sanabilia utplurimũ que cum quadam differẽtia dicta sunt mortalia utplurimũ. Et iõ indifferẽtia ⁊ media: ⁊ sm tertiũ significatuꝫ neutra sunt vulnera in capitibᵘ musculoꝝ: ⁊ cranei ⁊ thoracis ⁊ uentris. ¶ Et causa est quia si tractãtur bene ⁊ artificialiter ⁊ adhibeatur bona diligentia ⁊ infirmus sit obediẽs. Et habeat que necessaria sunt ab extra possunt curari. si vo non interficere. Et ideo in dispositionibus talium de h caute oportet facere mentionem. Attẽde tamẽ in tua depositione ꝙ tu de videndo vulneratuꝫ ⁊ ipsa vulnera habeas preceptuꝫ de curia: ⁊ quomõ nomines vulnera: ⁊ loca vulneruꝫ: ⁊ reddas causam tue depositionis. Nõ sis tamẽ rogo te in iudicãdo ⁊ deponendo uelox ⁊ subitus: sed deliberatus ⁊ preuisus. Scriptũ enim est a patre nostro Hyppo. Judiciũ difficile. Et lꝫ ut infra dicet de vulnere capitis: terminus ultimus vulneruꝫ sit quadraginta dierũ: pmus infra septem: medius ad noueꝫ iuxta formã acutoꝝ morboꝝ. Nihilominus in suspectis vulneribus expectãda est ad deponẽdum ⁊ iudicãdum dies septima: eo quia cõmuniter infra tale tempus cõsueuerũt apparere accidentia: ⁊ bona ⁊ mala: sed de febre sincopi alienatione spasmo ⁊ cõsimilibus. Et interim cõsideran de sunt opationes virtutũ per pulsuꝫ per urinam per uomitum ⁊ per alia expulsa. Cõsiderãdus etiã est appetitᵘ ⁊ tolerãtia ⁊ aspectus vulnerati ⁊ cõsimilia. Et sm ꝙ inuenies iuxta doctrinã Hyppo. ⁊ Gal. in pnosticis cõpares roborem virtutis ⁊ egritudinis. Et de hoc facias nisi capitulum: ⁊ clauem totius pronosticationis. Judiciũ mortuorum ⁊ saluandoꝝ cum quo iudices ⁊ deponas.

¶ Nec ualet si diceret ꝙ non fuisset mortuus cuꝫ toto malo regimine mũdi. si nõ fuisset vulneratus: quia nec etiã mortuus: si uoluisset: ⁊ ea que sunt rõnis fecisset. Oportet enim nõ solũ seipm pbere: sed ⁊ patiẽtem. Licet eniꝫ de his que fiũt a fortuna sit ars curatiua: nõ tñ est ars pseruatiua in 3° tegni. Natura humana multiplr est puanda. Et sic ex se diuersis periculis subiecta: ut in alia dicit facultate. ¶ Est aũt etiã intelligẽdũ sm Aui. in 4° de extractione sagittarũ: ꝙ lꝫ vulnera sint mortalia: pter hoc nõ est dimittẽdũ: quin homo faciat sm rõnem illud qd erit faciẽdũ: dũtaxat ꝙ cyrurgicus sit bñ requisitᵘ. ¶ Sꝫ pmittat bona pnosticatio pter uerba stolidoruꝫ: eo q: multotiens sanant aliqui absqꝫ spe mirabiliter. Et si nos dimitteremus/accideret mors: ⁊ pportionarem ad paucitatem misericordie ⁊ pietatis.

¶ Vlterius scies ꝙ vnitio in organicis partibus est ipossibilis in 3° tegni. Et causa est: q: incisicis oĩno poris per vnde ueniebat nutrimẽtũ ⁊ vita ⁊ sensus ipsi mẽbro organico sm nouuꝫ Cõmẽtatorem supra tegni incontinẽti expirant spũs ⁊ virtutes pter magnã subtilitatẽ quã habẽt qd non ꝯtingit in aialibus impfectis ⁊ plantis nõ pter repugnantiã medicaminũ. ut dicebat Haliab. in cõmento. ¶ Preterea vnitio possibilis est in carne sm intẽtionẽ pmã. In osse vo sm itẽtionẽ scdaꝫ. Vocat aũt pma intẽtio qñ ꝯiunguntur diuisa sine medio etherogeneo: sed cum rore nutrimentali qui per modicã ꝯuersionem fit caro consimilis: ⁊ vniformis priori.

¶ Scda intentio uocat qñ ꝯiungunt diuisa per medium

etherogeneum: sicut erarius ꝯsolidat plumbum. ut dicit predictus Cōmētator. Et istud medium dicit porus sarcoydes: qḋ fit ex humore magis grosso ꝗ̃ carnis: ⁊ minꝰ grosso ꝗ̃ ossis. Et causa quare os nō ꝯsolidat ꝰm intentionem ꝑmā est durities ipsius: ut ponit Gal. in textu. q: sola humida uniunt ꝑma unione: ⁊ debilitas ṽtutis nutritiue alteratiue cum sit ꝑticule frigide. ut dicit Cōmentator nouus supdictus. Nō carētia mãe spermatice: ut dicebat Hallab. q: ossa semꝑ hn̄t nutrimētum spmaticum per ꝯuersionē supple ⁊ assimilationē. ¶ De neruis ⁊ uenis dicit Aui. auc̄te Gal. in 5° terrapen. ꝙ se hn̄t medio mō: ꝰm ꝙ ipa sunt mediocria inter duritiē ⁊ mollitiem. Un̄ incarnant qn̄ sectio est parua ⁊ corpus est humidū: ⁊ nō incarnant in diuersificato ab eo. Unde Gal. ubi supra. videt aūt experiētia attestari rōni. In infantibꝰ aūt ⁊ mulieribꝰ vidi ꝯsolidari arteriā ꝓpter humiditatē ⁊ mollitiē corporū. Et in uno iuuene breuez hn̄te diuisionem. Et hoc ꝯfirmat auc̄te Hyppo. in 6° afforismoꝝ cum decisum fuerit os: aut cartilago: aut maxille tenues: aut preputiū: nec crescit neq̃ conglutinat. Neq̃ ualet instantia de osse puerili ꝙ est possibile cōsolidare: ut ponit Gal. in 3° tegni. q: mollitiē habet ⁊ ṽtutis fortitudinē ꝓpter ꝓpinquitatē natiuitatis. ¶ Nec de dentibꝰ q: generant ⁊ nō solum in pueritia: sed in alijs etatibꝰ: q: nō generātur ex materia ordinata: sed ex supfluitate nō a virtute ꝑma informatiua: sed nutritiua inducēte actum ḡnatiue. ut dicebat Albertꝰ bonon̄. in lectura afforismoꝝ. ¶ Ultimo iudicat Hyppo. in 6° affoꝝ. ꝙ ydropicis que i corpore fiūt ulcera nō facile sanant. Un̄ Aui. ⁊ solutio quidem ꝯtinuitatis ⁊ ulceratio ⁊ his similia: cū in mēbro fuerint bone cōplexionis cito sanant. Et cū fuerint in mēbro male cōplexionis lōgo resistūt tpe: ⁊ quāto plus cuz in corpibus cōtingunt eoꝝ que patiunt ydropisim ⁊ cōstructionis malitiā ⁊ lepꝛā. ¶ P. in 5° affoꝝ. ulceribꝰ frigidū mordax cutē indurat dolorez sine sanie facit ⁊ rigores ⁊ passiones iducit. Judicat ꝙ solōnes magne male curate: maxime ex iuncturā inducūt maciē in ꝑticula sequēte. ¶ Et hoc est ꝓꝑ oppilōnē ⁊ virtutis debilitatem. ut dictū est: ⁊ dicet. ¶ Multa alia iudicia opꝫ ut seruentur in caplis singularibꝰ: ⁊ in tractatu ulcerū in quibꝰ cōmunicāt ulcera ⁊ vulnera. ut dicet infra iussu dei ⁊c̄.

Curatio Intētio cōis omni solutioni ꝯtinuitatis est unitio ut in 3° tegni. ⁊ est indicatio ꝑma omnibus nota abesse egritudinis que precipit abijcere contrarium per suum contrarium sumpta.

¶ Que qḋē intētio generalis ⁊ ꝑma ꝑficit a duobus a nā tanq̃ a ꝑncipali agente operāte cum suis ṽtutibus: ⁊ nutrimēto cōuenienti a medico tanq̃ ministro operāti cum quatuor intentionibus ad inuicem subalternatis.

¶ Prima ꝑcipit remouere ex̄nea: si qua sint iter disticta.

¶ Scd̄a adducere ad inuicem ptes distinctas distantes.

¶ Tertia conseruare partes replasmatas: ⁊ ad inuicem in unum adductas. ¶ Quarta custodire ⁊ ꝓseruare membri fbam. ¶ Sed quinta docet corrigere accidentia.

¶ De ꝑma intētione que est remouere extranea.

Primum cōplet si solutio nō est apta ⁊ aliqḋ ex̄neū fuerit inter ptes: utputa squamula ossis sepata pūgens aut aliqḋ infixū ut sagitta seu aliḋ ex̄neū ut spia ꝙ aptat: ⁊ si est apta sufficiēter ꝙ remoueatur ⁊ ex̄hat leuiter ⁊ absq̃ dolore cū digitis: aut picecarolis: aut tenaculis: aut cū aliquo igenio ꝑ teipm inuēto

¶ De igenio ex̄ctionis sagittarū ⁊ alioꝝ infixoꝝ.

Extrahuntur enīz infixa per inuētionē ingenioꝝ. ¶ Et modus iueniendi habet per ꝯsiderationē nature: ⁊ diūsitatē infixoꝝ: ⁊ per ꝯsiderationē nature ⁊ diūsitatē mēbrorū. Ex quibꝰ duobꝰ ex̄hit tertium. s. modus ex̄hēdi ⁊ instroꝝ inuētio ⁊ diuersitas infixoꝝ: lꝫ sit ifinita ⁊ certis lr̄is nequeat scribi. Et ꝓꝑ hoc est ꝯsiliū ꝙ examinent forme ꝓiectorū ab inimicis. Nihilominus Aui. sub diuisiōe octuplici ea cōprehēdē conat: de qbus accipio grā breuitatis cōmuniores. Infixoꝝ quedā sunt ferrea: quedā spinosa: quedā ossosa aut alterꝰ nature. Itē quedā plana: quedā barbulata. ¶ P. quedā hn̄t doleā in qua itrat lignū: quedā clauum qḋ itrat lignū. Amplꝰ quedā sunt uenenosa: quedā nō uenenosa. ¶ Diūsitas mēbroꝝ habet per anothomiā: q: quedā sunt ꝑncipalia: quedam nō ꝑncipalia. Et quedā carnosa in qbꝰ debilr ifigunt: quedā ossosa in quibꝰ firmiter adheret infixū. ¶ P. quedā sunt apparentia in qbꝰ parū ꝓfundat infixū. Quedā sunt ꝓfunda: in qbus submergit infixū. imo aliquotiēs tn̄ ꝓfundat ꝙ uenit ad partē oppositā. ¶ Instra que ab his inueniunt: lꝫ sint multa: octo tn̄ apud me sunt magis coīa. Primum sunt tenacule Aui. ⁊ sunt semilunares dentate. 2m est tenacule Albu. ⁊ sunt ad modū rostri auis dētate. 3am tenacule canulose pro sagittis barbulatis. 4m est terebella reuersata ad capiēdā cānā ferri. 5m tn̄ est terebella directa ad ampliādū ossa. 6m sunt incisoria ad ampliādū carnez ut facilꝰ infixa ex̄hant. 7m impellētia cōcaua ⁊ surda. 8m est balista. ¶ Modus aūt operādi qui a ꝑdictis oritur est talis. Qz si infixū in ꝑmo occursu nō pōt salubriter ex̄hi debet dimitti usq̃quo caro marcescat ⁊ putrefiat. Et tunc eū circūuoluēdo ⁊ mouēdo illuc istuc leuius ex̄het Nō obstāte dicto Henrici: qui ꝓcipit ꝙ statim ex̄hātur: q: ita uolunt Aui. ⁊ Albuc. ⁊ Brunus. deide vulnus debet ꝓcurari ut alia vulnera: nisi ꝙ sanguis alteratꝰ ab infixo debet expelli ut vulnus a putrefactiōe securet: ⁊ debet ifundi cū oleo calo: maxime si dubitat de dolore. Si aūt fuerit toxicatū ꝓcuret ut morsure uenenatoruz. Et si nō pōt leuiter ꝑ modū dictū hēri de armato patiēte ⁊ ꝓparatis ꝓparādis: ⁊ facta ꝓnosticatione: si est necesse iux formā datam capiat cuz tenaculis cōmunibus circūuoluēdo ⁊ trahat. Et si ille nō ualent capiant alie fortiores. Et si sunt barbulate apprehēdantur barbule cum canulatis. Si lignum exiuit de dolia cum terebello reuersato imisso in dolia extrahat. Et si aliter non possunt ex̄hi elarget foramen carnis si est possibile cum rasorio ⁊ ossis cum terebellis directis: aut cum trepanis: ⁊ ut dictuz est ex̄hat. Et si hoc nō ualet liget balista cum tenaculis: ⁊ patiēte bene firmato dispet balista ⁊ extrahet. Si autē sagitta est inuersa ⁊ nō pōt ex̄hi per ptē per quā intrauit impellat cū impellētibus ꝯcauis: aut surdis ad partē oppositā. Et si cōmode pōt fieri per illā ptem ex̄het. Si ṽo nō est possibile dimittat quousq̃ nā eam ex̄hat aut manifestet. ¶ Albu. ṽo narrat multos in qbꝰ sagitte diu steterūt occulte: qui cū eis vixerūt lōgo tpe absq̃ nocumēto: ⁊ in aliquibus alique fuerunt per nām manifestate ⁊ ex̄cte ⁊ sanati fuerūt. ¶ De istis incantationibꝰ ⁊ plurijs nicodemi que ponit Theodoricus ⁊ Gilbertus non curo. ¶ De medicinis ex̄hētibus infixa opatus suꝫ in spinis ⁊ arestis ⁊ lapidibus ac vitris: ⁊ in ossium frustulis. ¶ Et inueni ꝓprū medicamē sumptū ab Aui. qḋ. ℞. fermēti mellis: aut sordiciei alueoꝝ. an̄. lb. 5. visci q̄rtā. j. armoniaci. quartā. 5. olei. q̄rtā. j. fiat emplm̄. ⁊ desuꝑ apponat. ¶ Rogerius asserit ꝓbatū ꝙ radix arūdinis trita cum melle apposita suꝑ fixum ipm ex̄hit sine dolore. ¶ Plura alia in antidotis ponunt: ⁊ ita cōplet ꝑmum.

¶ De 2a itētione que est remouere partes distātes.

Secundū cōplet cū manibꝰ trahēdo ⁊ ꝯiūgendo ptes distātes ⁊ mēbrū idolorosū quo poterit plasmādo ut infertus in speciali dicetur.

¶ De 3a itētione que est ꝯsuare in unū ptes replasmatas.

Tertius cōplet cum bona ⁊ decenti ligatura ⁊ situatione debita ⁊ sutura si est necesse.

¶ De modo ⁊ qualitate ligandi.

Circa quem est sciēdū ꝙ ꝰm itētionē Aui. in 4° tripx est ligatura. incarnatiua expulsiua ⁊ retētiua. ¶ Ligatura incarnatiua competit

vulneribus recẽtibus ⁊ fracturis:⁊ fit cum binda a duo
bus capitibus plicata ligata usq; ad mediũ incipiẽdo ab
opposita pte loci soluti ducẽdo vnũ caput ꝟsus ptẽ supi/
orẽ mẽbri:⁊ aliud ꝟsus ptẽ inferiorẽ capiẽdo de ptib⁹ ad
iacẽtib⁹ quãtũ videbit expedire stringẽdo plus sup locũ
lesũ q̃ in ptib⁹ adiacẽtib⁹. Caueat tñ a nimia strictura:
⁊ nimia laxatione. ¶ Termin⁹ sit bona ĩfirmi tolerãtia.
Capita autẽ binde suant. Et si necesse sint plures binde
ponant.⁊ per eundẽ modũ uoluant:per istũ aũt modũ
ligãdi vnũ labiũ cũ alio ꝯiungit ⁊ apatio ꝓhibet.ut 6°
terrap. ꝓbat. Nõnulli vo adaptãt pãnũ duplicatũ ⁊ stri/
gẽdo suũt eũ supra locũ solutũ. ¶ Ligatura expulsiua cõ
petit ulcerib⁹ ⁊ cauernis ad expellẽdũ mãm de fundo:⁊
ad defendẽdũ ꝙ altera mã nõ ueniat in loco:⁊ fit cũ bin
da ab vno capite plicata. Incipiẽdo a pte iferiori ipsius
mẽbri ibi forti⁹ stringẽdo:deide reuoluẽdo ꝓcedit usq;
ad ptẽ superiorẽ. Dico aũt supiorẽ ptẽ.ut Gal. 5° terrap.
eaꝫ que est ꝟsus cor siue epar a quib⁹ oriunt oia mẽbra.
Ego aũt talẽ bindã in mẽbris iequalib⁹ uelut sunt tybie
adapto scindẽdo eã ab vna pte de palmo in palmũ ⁊ su/
endo ⁊ eã psilãdo rigide a pte arcuata ⁊ incisa laxe a pte
dorsi ⁊ nõ icisa:⁊ ligando ptẽ largã dorsalẽ teneo uersus
grossum mẽbri partẽ curuã icisam ꝟsus ptẽ graciliorez.
Quot aũt bona fecit mihi ista ligatura in ulcerib⁹ uarici
bus:⁊ in flegmonib⁹ tybiarũ nouit de⁹. ¶ Ligatura re
tinẽs medicamia cõpetit mẽbris in qb⁹ nõ põt fieri stri/
ctura:neq; alia ligatura:ut in collo ⁊ in uẽtre ⁊ in oibus
apatib⁹ ⁊ dispositionib⁹ dolorosis:⁊ fit cũ binda vni⁹ ca
pitis:aut multorũ capitũ siue brachiorꝫ icipiẽdo sup locũ
lesum ligãdo in opposito eiusdẽ. ¶ Modus disligãdi
sit suauis:⁊ indolorosus:⁊ si ligamẽta nimis se teneãt tñ
madefiant cũ vino usquequo separent. ¶ Insup vult
Gal. ꝙ binde fiãt de pãno mundo late ⁊ longe ꝑm nãm
pticularũ:ut que ligãt humerum in latitudine sex habe/
re debẽt digitos transuersales. Que coxã qnque.que ty
bia q̃tuor.que brachiũ tres.que digitũ vnũ:longitudo sit
ꝑm reuolutionũ necessitatẽ. In hoc eni multũ facit inge
niũ medici:qȯ artẽ adiuuat ⁊ naturam operantem.ut di
cit Damascenus. Et scientia plasmationis mẽbrorum:⁊
hoc est qȯ dicebat Gal. in 4° terrapẽ. ligare enim ulce/
ratam particulam non cõtingit bene aliquem absq; hoc
ꝙ sumat indicationem a plasmatione particularum.

¶ De modo ⁊ qualitate suendi.

Circa quẽ est sciẽdũ ꝙ sutura est tripˣ. icarnatiua:re
tetiua sanguinis:ꝯuatiua labiorũ ad tempus.
¶ Sutura icarnatiua que cõpetit in oib⁹ vulnerib⁹ elõ
gatorũ labiorꝫ:si pñt approximari in quib⁹ nõ sufficit so
la ligatura que nulla hñt extranea inter labia:⁊ sunt recẽ
tia uel antiq̃ renouata per scarificationẽ ⁊ pellis remotio
nez.ut dicit Haliab. ꝙ fit qntuplr. vno modo cũ filo forti
eq̃li ⁊ plano ut sericino. In coib⁹ vulnerib⁹. ꝑmũ pũctũ
ponẽdo in medio vulneris:⁊ aliũ in medio spatio cuius
cũq; lateris:⁊ ita ꝓcedẽdo in spatijs iter duo pũcta faci/
endo pũctũ quousq; sutũ sit cõueniẽter. Qȯ erit qñ iter
duo pũcta spatiũ vni⁹ trãsuersalis digiti remanebit. Ac⁹
sint longe plane ⁊ linite in cuspide triangulate in cauda
ꝓpter locare filũ ut nõ impediat transitũ cauate. Canula
hebeat fenestrata cuꝫ qua appodiet altera pars labij ut
nõ uaget in imittẽdo acũ:⁊ ut per fenestrã possit uideri
qñ trãsiuerit acus:⁊ tũc trahat acus ⁊ filũ appodiãdo la/
biũ iuxta filũ cũ tasta:ut trahẽdo filũ labiũ nõ sequat. Et
liget p° cũ duab⁹ iuolutionib⁹. ⁊ 2ᵃ cuꝫ vna:deinde filũ
scindat remote aliquãtulũ a nodo. ¶ 2° mõ fit sutura in
carnatiua cũ acub⁹:aut cũ asta plume introducta cũ acu
in vulnerib⁹ magnis ꝓfundis:quorꝫ labia sunt multum
sepata. Acus islat islatas tot quot sunt neċe imponẽdo
eas cũ filo reuoluẽdo:sicut faciũt mulieres qñ sup mani
cas acus reseruãt islatas ⁊ remanẽt usq; ad vulneris cõ
solidationẽ. ¶ 3° mõ fit sutura icarnatiua cũ canulis eq̃li
bus factis de stupis bñ tortis gracilib⁹:nec ut palea lon/
gitudis ut digitorꝫ vncia aut de asta plume que qdẽ cõ/
petit in locis qñ uolum⁹ ꝙ sutura duret lõgo tpe:⁊ fit qñ
mittit acus islata per ambo labia:deinde retornat acus
per idẽ foramẽ usq; ad hoc ꝙ remaneat vna ansa in qua
ponit vnũ de capitib⁹ canule ⁊ postea caude duorꝫ filorꝫ
stringunt ⁊ ligant sup capite alio canule: ⁊ ibi scindunt
capita filorꝫ:⁊ remanet canula usq; ad pfectã cõsolidati
onẽ. ¶ 4° mõ fit sutura icarnatiua ꝑm Gal. cuꝫ hamis ⁊
debẽt eẽ parui ꝑm mẽbrũ ab utraq; pte curuati ⁊ ifigẽdo
in vno labio ducat labiũ ad alterũ labiũ:⁊ in illa ẽt figat
ut faciũt retõditores pãnorꝫ. ¶ 5° mõ fit sutura icarnati/
ua cũ pãnis:⁊ ꝯuenit in locis in qb⁹ uolumus ꝙ cicatri/
ces nõ appareãt ut in facie. Et sic fit ꝙ recipiunt due spe
cie triãgulate magne ꝑm mẽbri quãtitatẽ ⁊ liniunt cuꝫ li
nimẽto iuiscatiuo facto de puluẽ san. dra. thuris masticis
sarcocolle picis farine uolatilis molẽdini icorporata cũ
ouorꝫ albumie:ita ꝙ applicet quelibet petia in q̃libet la
tere vulneris ꝑm distãtiã vni⁹ policis. Et postq̃ erunt
desiccate suant petie cum sbtilitate ⁊ adherebunt labia.
¶ Sutura restrictiua sanguis fit cũ acubus ⁊ filo itrãdo
⁊ reuoluẽdo sicut suunt pelles:⁊ hoc qñ alie suture non
pñt fieri pp magnũ sanguis ipetũ. In vulnerib⁹ uenarũ
ista ẽt est utilis ad suendũ itestina ⁊ pãnicl'os ⁊ loca car/
ne denudata:suspecta tñ est:q: rupto vno puncto cetera
relaxant. ¶ Seruatiua sutura fit ut alie:ſꝫ nõ est ita strẽ
cta:q: nõ fit nisi ad manutenẽdũ labia q̃usq; vulnus sit
firmatũ. Et ꝯuenit vulnerib⁹ dilaceratis:⁊ in qb⁹ depdi/
ta est caro ad appropinquãdũ ptes ut citius ꝯsolident ⁊
in qbus est in ꝓcessu aliqd exhẽdũ. ¶ Tẽpus remouẽ
di suturã est qñ cõpleuerit finẽ suũ. ¶ Modus remouẽ
di est ꝙ ponat aliqua tasta sub puncto:⁊ supra tastã scin
dat filum ⁊ ponendo tastam super labium:per quod ex
trahitur ne dilaceretur extrahendo.

¶ De modo ⁊ qualitate plumaceolorꝫ.

Quia plumaceoli siue puluilli faciũt ad appodiatio
nẽ ⁊ cõpressionẽ partiũ dissolutarũ:⁊ ad con/
fortãdũ calorẽ nãlem mẽbri diñũcti:⁊ ad ꝓhibẽdũ ꝯue/
dinẽ ligamentorꝫ pro tanto de ipsis est hic tractandum.
¶ Est tñ sciẽdũ ꝙ q: antiqtus fiebãt de pluma inter pã/
nos suta talẽ assumpserũt denoiationẽ:q: cuꝫ oportebat
eos sepe renouare erat tediũ adiuẽtũ est eos facẽ de stu
pis canapinis p̃cipue bñ pectinatis ⁊ mũdatis:aliqtiẽs
fiũt de lana siue de cotone. Multi vo loco iporꝫ applicãt
pãnos suaues duplicatos aut triplicatos aut spõgiã ad/
aptatã. Et ponunt due uel tres uel plures:sicut videt ex
pedire. ¶ Et aliquotiẽs applicant sicci aliquotiẽs ma/
defacti ⁊ isusi cũ albumie oui uel cũ vino uel cũ oxicra/
to. Et aliquotiẽs cũ oleo ꝑm ꝙ dispõ reqrit: ⁊ sunt triuꝫ
formarum triangulati triplici ꝑm ꝙ laudat Aui. ad icar/
nandum vnum in latere cuiuslibet labij supra ipsuꝫ vul
nus seiungendo. ¶ Sunt etiam rotundi qui ponunt
sicci super alios ad cõseruandum calorem nãlem: ⁊ ad
imbibendum sordem. ¶ Sunt etiam quadrati qui po/
nunt ad ꝓhibendum lesionem ligamentorum.

¶ De modo ⁊ qualitate tẽtarũ ⁊ lichiniorꝫ.

Circa quod est sciẽdũ ꝙ tẽta siue lichinium in solis
octo ponimus casibus. ¶ Primo in vulneri
bus que uolumus elargare mũdificare:aut aliquid a fũ
do extrahere:ut sunt vulnera ꝓfunda que hñt necessita/
tem contra aperiẽdi:ꝓpter ꝟcorẽ qui ꝯgregat in fundo
⁊ in spatiositate sua. ¶ Scdȯ in vulnerib⁹ ꝯcauis in q/
b⁹ debem⁹ carnẽ gñare. ¶ 3° in vulnerib⁹ ab aere altera
tis que opꝫ mũdificare. ¶ 4° in vulnerib⁹ ꝯtusis. ¶ 5°
in apostemosis. ¶ 6° in morsuis ¶ 7° in vulneribus
in quibus circa ossa est operandum. ¶ 8° in vulneribus
ulceratis. ¶ In oibus autẽ alijs vulneribus siue tentis
⁊ lichinijs ad ꝯsolidandũ intẽdimus. ¶ Propter qȯ est
sciẽdũ ꝙ tẽte ⁊ lichinia sumũt diuersitatez a fine pro que

ſiūt:qꝛ quedā fiunt ad mūdificādū vulnera: ⁊ iſta fiūt de
carpia ſuauis pāni p̄cipue veteri. ¶ Quedā fiūt ad tenē
dū apta labia:⁊ illa fiūt de ſtupa bñ mūdata:aut de petijs
pāni ſup̄dicti:aut de bōbace ut faciebat Raſis:aut de cā
na eris uel argēti pforata ut in narib' pp aerē. Et in vul/
nerib' ꝓfundis ꝙ ſanies pſe exeat ⁊ nō icludaṫ. ¶ Que
dā fiūt ad ampliādū orificiū vulneris ⁊ illa fiūt de ſpōgia
bñ torta:aut de radice gentiane. Foꝛa lichinioꝝ debet eē
equalis:tentarū vō inequalis ad modū cauillarum. Et
aliquotiens applicantur ſicce:aliquotiens intincte in ali
quo vnguento:ſm ꝙ videtur expedire.

¶ Reliqua tangentia p̄dictas opationes īgenio opantis
relinquaṫ. Nam repꝛehēdendus eſſem ſi te tua docerē
in p̄mo ad glauconē:⁊ ita perficitur tertia intentio.

¶ De emplaſtratione.

Quarta itentio que eſt cuſtodire mēbꝛi ſbam ⁊
ꝓhibere dolorē apationē ⁊ cetera acci/
dētia cōpleṫ emplando ⁊ liniēdo mēbꝛū cū albuminib'
ouoꝝ ⁊ reb' fridis. ut dicit Raſ. in p̄mis diebus. ¶ Et
poſt cū vino groſſo ſtiptico ⁊ cū aptiōib' ⁊ ꝯ opōnib' ⁊
figura apta ⁊ ſlōmādo ⁊ euādo qñ erit neceſſe:⁊ cū bo/
na ⁊ artificiali dieta. Nō obſtat qđ alij dicūt ꝙ vulnus in
quātū vulnus nō idiget iſtis:qđ ꝯcedēduꝫ eſt in paruis
actionib' ⁊ in coꝛpib' eucraticis que ubi ſunt querat dñs.
Jn magnis aūt actionib' ⁊ in coꝛpib' cachochimijs ad p̄
ſeruādū accñtia eſt necēu p̄dicta ꝯueniēter oꝛdinare:⁊ h̄
dicebat. G. in 6° terrapē. ſupponaṫ ꝗs deuenire ad nos
pūct':⁊ ſup. vulnerat' ⁊ diſiūct' hic hō. ſi boni ulceris. i.
eucrati fuerit abſqꝫ farmaco trāſibit ⁊ nihil patieṫ pꝛaui.
Si vō ulceris p̄ui uł mali. i. cachochimi fuerit p̄° q̄dē do
lebit:poſt h̄ aūt iā pulſabit iſlāmabiṫ p̄ticula. Jn oi autē
mēbꝛo carnoſo ſūt nerui ⁊ uene que p̄parāt ad ea mala
⁊ iō Hyp. accñtia dicebat p̄° ꝓnoſticoꝝ de meliorib' re
bus eſt uti p̄uiſiōe. ¶ De ſlōmia ⁊ euōne.

De ſlōmia ꝯſulunt ſapiētes Raſ. ⁊ Alb. ꝙ ſi ſanguis a
vulnē nō exiuit ſufficienter ꝙ fiat ſlōmia:⁊ fiat de
parte oppoſita. ¶ Nā purgatio per antipariſtaſiꝫ in 4°
terrap. multū placuit Hyppo. ¶ De uentre.

Si fuerit ꝯſtipatus fiāt ſuppoſitoria aut cliſteria
aut adminiſtreṫ aliqđ lenitiuuꝫ de caſ
ſiaſiſt. aut de māna. ¶ De potionibus.

Que ꝯſueuerūt adminiſtrari vulneratis:dico ꝙ nō
ꝯſueui dare aliquā potionē in vulnerib' recēti
bus:qꝛ calide ſunt ⁊ apitiue ⁊ cōmouēt ſanguinē ⁊ p̄pa/
rāt vulnus ad apa ⁊ ad fluxū. Jn antiqs tñ ulcerib' inſi
ſtulatis ⁊ cācerātis necnō ⁊ in ſanguie ꝯgelato in iterio
rib':ac in ſanie ꝯgregata in pectore ⁊ in glādulis itriſe/
cis ⁊ crepaturis ut in ſuis capłis diceṫ:quādoqꝫ cōceſſi.
¶ Antiq tñ ut Rogeri' q̄tuoꝛ magiſtri idifferēter admi
niſtrabāt potionē oib' vulnerib' ⁊ fracturis cōpoſitis ex
rubea maiori in plus ⁊ ex ꝯſolidis plātagie tanaceto ca/
nabo caulib' rub. herba robti pede colūbino gariofił. li/
gua canis pimpinella piloſella ⁊ ꝯſilib'. Et exhebāt ſuc
cū aut decoquebāt ea cū aq̄ vino ⁊ melle:⁊ dabāt q̄libet
mane q̄rtā. ʒ. ⁊ deſup foliū inuerſuꝫ caulis rubei de ma/
ne ⁊ ſero ponēdo ligabāt. Et aſſueuerūt tales emperici
ꝙ ſi potio euomiṫ malū ſignū eſt. Et ſi retineṫ bonū. ⁊ ſi
exit talis q̄lis fuit per vulnus:ita iuuet eos de'. Peius
eſt de Theodorico ⁊ Hērico qui pigmētū foꝛtiſſimuꝫ iu
bēt dare vulneratis recēter in capite ⁊ in pectore:neſcio
vnde uenit iſta inſania. Scio uere ꝙ Gał. non p̄cipit.

¶ De dieta vulneratoꝝ.

Dieta oium vulneratoꝝ ⁊ diſſolutoꝝ in p̄ncipio uſ
qꝫ ad ſeptē dies in qb' ꝯſueuerūt eē ſecuri a
febꝛe ⁊ apate debet eē tenuis frida ⁊ ſicca p̄cipue ſi pati/
ens fuerit repleṫ': iuuenis:⁊ aer ſit calidus. ¶ Subtra/
haṫ ḡ ſibi vinuꝫ p̄cipue purum ⁊ carnes groſſe ⁊ piſces
groſſi panis azimus male coct' caſeus ⁊ fruct' allea ⁊ ce
pa ſinapis ⁊ oēs ſpēs acute ⁊ oēs res ſalite ⁊ acetoſe. Et
utaṫ pulliſ p̄dicib' auiculis p̄uis alteratis cū aq̄ roſata:
utaṫ ēt auenato oꝛdeato amigdalato ſpinachijs boragib'
lactucis plātagib' bꝛodio ſimplici aut cōpoſito cū ouis.

¶ Potus ei' ſit aqua bullita in qua ſit infuſus panis groſ
ſus:aut aqua oꝛdeo:aut aqua cū modico vino groſſo ſti/
ptico. parū cenet. Quieſcat. a mulierib' ſumme caueat.

¶ Poſtqꝫ aūt ſecurat' fuerit ab apate ingroſſeṫ dieta ⁊ re
deat ad ꝯſuetudinē ſuā paulatine:utaṫ ḡ tūc bono vino
bonis carnib':gallinarū caponū ⁊ caſtratoꝝ:⁊ oibus bo
nuꝫ ſanguinē gñantib' ⁊ reparātib' nām. ¶ Et ꝙ talis
dieta ſit vulneratis utilis ſic ꝓbaṫ. Quia illa dieta eſt vul
neratis utilis que manu tenet v̄tutem:⁊ nō cōmouet fe
bꝛes neqꝫ apata:neqꝫ emoꝛroſagias excitat ⁊ nutrimētū
cōueniēs p̄parat tpe cōueniēti. talis eſt huiuſmodi. ergo
eſt utilis. Et pp hoc eā cōmendat Gał. Raſ. Haliab. ⁊
Aui. Bꝛunus Guilelmus atqꝫ Lāfrācus. Nō aūt theo/
doricus qui a p̄ncipio dietā vinoſaꝫ ⁊ calidiſſimā p̄cipie
bat. Et plus miroꝛ de Hērico qui fuit pariſius nutrit' in
ter phos:qui eū in hoc ſecut' eſt. de anglico nō miroꝛ:qꝛ
nihil dicit:niſi qđ ab Hērico habuit. Neqꝫ rō eoꝝ ualet
duꝫ dicūt ꝙ debilitat' ꝯfoꝛteṫ:qꝛ ꝯtriū dicit Gał. in pꝛin°
afflōꝝ. Jn his aūt qui egrotant augē v̄tutē nō ꝓperam'.
Moderate eni diminuimus:aut q̄lis eſt ſaltim in croni
cis cuſtodim'. Niſi cū eēt tāta ꝺbilitas que poſtponeret
oēs alias idicatiōes:ꝙ tñ nō eſt in coibus vulnerib'. Et
cū hoc aduerſantib' idicationib' nō opꝫ alteri' extremi
tatē cupientē obliuiſci alterius penit':ſꝫ miſcē eas in 7°
terrap. vñ in 8° circa finē exercitatū q̄dē ⁊ nā pꝛudenteꝫ
opꝫ eē medicū. Ut in vniuſcuiuſqꝫ idicatiōis ſbtiłr pon
derās v̄tutē ad inuicē oēs cōparās. Unū aliud capłꝫ co/
aceruet ꝓpꝛiarū laborāti dietationū. ¶ Jllud aūt ꝙ de
cepit eos fuit arabica trāſlatio in 4° de igenio capło pe/
nultimo que dicit. Jtē opꝫ te cauere vinū dū apa calidū
eſt. Jn alio vō tpe nō. Quia debuit dicē dū apa eſſe pōt
Qđ patet per grecā trāſlationē que dicit: palā āt eſt qm̄
vini uſus cauē opꝫ in tpe ſlōnū. Aliter non ꝓhibet dare
nihil. Et ita ꝯcediṫ ꝙ in p̄ncipio uſqꝫ ad ſepteꝫ dies:qđ
eſt tēpus flegmonationis nō deṫ vinū. Sed tranſacto il
lo tpe nō ꝓhibeaṫ:⁊ ita cōpleṫ quarta intentio que erat
mēbꝛi ſbam ꝯſeruare. ¶ De q̄nta intētione.

Sed quinta intētio que eſt accñtiū introdu
ctoꝝ coꝛrectio:ſm accñtiū diūſi
tatē cōpleṫ. ¶ Accñtia aūt que ꝯſueuerūt uenire in diſ/
ſolutis ꝯtinuitatib' ſunt doloꝛ apa diſcraſia febꝛes pꝛuri
tus atqꝫ ſpaſmus paraliſis ſincopis atqꝫ alienatio. Unde
ſciētes ꝙ vulnus nunqꝫ curaṫ quouſqꝫ iſta coꝛrigantur:
accñtia eni que ſupant ſuā cām oꝛdinē curatiōis pꝛeuari
cant in p̄° ad glauconē. ¶ De dolore.

Doloꝛ qꝛ eſt cauſa trahēdi mām ad locū leſuꝫ ⁊ ge
nerādi apa ſup oia opꝫ ꝙ euiteṫ. doloꝛ vō
coiter ſedaṫ fomētādo p̄ticulā cū oleo calido. ⁊ ſi oleum
eſſet roſatū utili' eēt. Et ſi cū eo addereṫ albumē oui uel
vitellū ubi nō eſt magna caliditas nō tātū macularet vul/
nus. Et ſi eēt neče aliquantulū ſopire p̄ticulā oleū ſit pa
pauerinū. Et ſi eſt neče addaṫ paꝝ de opio aut de man
dragora ut ꝯſulit Guil. Quatuoꝛ aūt magři laudāt ad h̄
radicē ſolatri cū aſſūgia poꝛci icoꝛpatā. Theodoric' mul
tū cōmēdat empłm de folijs p̄uaꝝ maluaꝝ coctis ⁊ tri/
tis:⁊ cū cribꝛatura furfuris mixtis. Si addereṫ modicuꝫ
olei roſ. meli' eēt. ¶ Medulla ēt panis frumenti in aq̄
feruēti iſuſa optima eſt:ut ſupius fuit dcm̄. Si auteꝫ eēt
doloꝛ foꝛtis ſignificareṫ ꝙ neruus eēt leſus:⁊ tūc ad vul
nus neruoꝝ habeaṫ recurſum. ¶ De apate.

Apoſtema gñaṫ ⁊ coḡſciṫ curaṫ:ſm ꝙ dictuꝫ
eſt in tractatu 2° de apatib'. Nihil
ominus Auič. laudat ⁊ appꝛobat oi mēbꝛo a capite uſqꝫ
ad pedes empłm factuꝫ de ḡnato dulci in vino ſtiptico
decocto ⁊ piſtato ⁊ applicato. ſi autē non pōt repcuti nec
reſolui matureṫ cū empłis ad maturādū apata dictis. Et

ad hoc dictat Rogerᵘˢ embrocā de maluis absinthio arthemisia farina frumēti cocta cū vino: ꝛ parū mellis ꝛ satis de assungia. Et si sanies nō deriuaṫ ad vulnus apiaṫ in loco magis apparato.

¶ De discrasia.

Discrasia si est calā qḋ cognosciṫ ꝑ rubedinē ꝛ uesicationē. Infrida locū nō cū iusq̄amo neq; mādragora. ut dicit. G. q: nimis ifridāt. Sed cū rosis ꝛ plātagine ꝛ vnguēto albo que siccando moderate ifridāt. ¶ Si ē frida qḋ cognosces per mollificationē ꝛ discolorationē. Calefacias locū nō per resinā picez ꝛ aspaltū: sed cū vino ꝛ vnguēto nigro fusco videlȝ ꝛ basilicone: q: cū ista accñtia ꝯuertunt vulnera ad ulcera ad doctrinā illā hēaṫ recursus. Si aūt discrasia fuerit sicca ꝛ humida per sua ꝯ̃rla corrigaṫ: ꝛ ita de cōpositis: ut dicetur infra.

¶ De febre.

Si superuenerit febris ifridenṫ ꝛ reganṫ ut de apatibᵘˢ calis est dictum. Et in hoc dñi phisici uocenṫ.

¶ De spasmo.

Per spasmum itelligit Auer. decurtationē mēbroꝝ: aut talem rigidationē ꝙ nō pñt flecti neq; dilatari: q: in eo opatio nō est ablata sic̄ in palisi: sȝ est mutata. ¶ Est eni spasmus in 5° de egritu. ꝛ sintho. motᵘˢ malus accñs in ꝟtute motiua uolūtaria a dispōne morbosa. ꝛ iō est egritudo neruosa i 3° cañ. qua mouenṫ lacerti ad ꝑncipia sua ꝛ iobediētes siunt in dilatatione. ¶ Causa eni eiᵘˢ ꝟm Gal. in eodē est duplex. ut Hyppo. idicauit: ipletio ꝛ euō: in flegmonibᵘˢ qdē dispōnibᵘˢ ipletio: in ardētissimis aūt ꝛ siccissimis febribᵘˢ euō. ¶ Qḋ aūt ꝛ ipleṫ ꝛ euaṫ ampliᵘˢ vniūsis corporū neruosis tēdē ꝯtingit. Indicant chorde in organis tēse: scinduntur enȝ siue in humida siue in sicca: demū tēse deponanṫ. Et ꝑpterea remittūt eas artifices anteq̄z deponanṫ. Et ꝟm illud idē idicāt corrigite ad ignē ꝛ aeri. s. hūido exposite colliget 3°. ¶ 3ᵐ aūt capl'm addit Auic. ꝙ lȝ ad mām ꝑportioneṫ. Est tñ nocumētū ꝯtristās cerebrū: pp qḋ nerui refugiūt ꝛ ꝯgreganṫ ad expellēdum ipsam cām impedientē. ¶ Sūt ergo tres modi spasmorum inanitionis repletionis ꝛ cerebri cōpassionis.

¶ Primū causaṫ maxime ꝑpter fluxus magnos 5° affoꝝ. ꝛ caliditates immoderatas ꝛ putredines liquefacientes in 2° eorūdem Febrem in spasmo.

¶ Secundū fit propter apostema ꝛ tumores dispergētes in fine. 5° afforismoꝝ. quibuscūq; ydemata. Et frigiditates immoderatas implentes ꝛ condensantes neruos in eodem quinto. Frigidum spasmus ꝛc̄.

¶ Tertiuȝ ṽo fit ꝑpter dolorē 3° tegni. Nerui ꝛ thenātos punctura. Et propter mordicationē mali humoris ꝛ qualitatis uenenose in cōmēto gnti. Spasmus ex elleboro.

¶ Spasmi aūt ꝑ̄fati qdā sunt ul'es qui fiunt qñ nocumentuȝ ꝑuenit ad cerebrū conās expellē nocumētū ꝯ̃hit neruos ꝛ mēbra neruosa ꝛ spasmat ea. ¶ Alteri sunt pticulares qñ nocumētū nō ꝑuenit ad cerebrū: sed remanet i mēbro icuruās ipm. Et lȝ ēt Auēçoar testaṫ: dico āt ul'es q: teneat maiorē ptē mēbroꝝ ad o'iam epilepsie que tenet oia. Et iō spasmus totius d: scilȝ hūidus: est tñ ꝛ iter pollatᵘˢ nō ꝯtinuus cū nocumēto mētis: ꝛ sensuuȝ put 3° interioꝝ declaraṫ ꝙ nō est in spasmis: de qbᵘˢ fit hic ꝟmo Ingrere exq̄site o'ias spasmi cās: ꝛ modū gñandi alterius est speculatiōis q̄re dimitto. Sufficit cyrurgico scire qḋ dictū est: ꝛ signa eorūdem: ꝛ correctiones si que sunt. ¶ Signa coia sunt motᵘˢ mēbroꝝ difficultas: colli tensio labioꝝ ꝯ̃ctio: ac si uellet ridē maxillarū ꝛ dentiū ꝛ gutturis strictura. oculoꝝ ꝛ totiᵘˢ faciei tortura. ¶ Signa spālia spasmi de inanitiōe sūt aduētᵘˢ paulatinᵘˢ: ꝛ post egritudines ꝯsūptiuas. ¶ De repl'one ṽo sunt aduētᵘˢ subitus: ꝛ post apata ꝛ repl'ones ꝛ frigiditates spissantes.

¶ Spasmi aūt cōpassiui signa sunt aduentus a causis extrinsecis: ꝛ est cum dolore ꝛ mordicatione ꝛ ꝯtristatiōe.

¶ Si nocumēta spasmi ueniāt ad mēbra anhelitus subito moriṫ patiēs. ¶ Spasmᵘˢ ꝯfirmatᵘˢ nō curaṫ maxime de inanitiōe: q: siccitas cū certissime cōpleta fuerit isanabilis existit. 7° terrap. Nō ꝯfirmatᵘˢ ṽo aliquā recipit correctionē spāl'r de repl'one qḋ inuebat Hyppo. in 2° affoꝝ. febrem in spasmo melius est fieri q̄z spasmum in febre.

Scissure neruoꝝ ultra tres itētiones dictas idigent alijs tribꝯ aut quatuor itētionibꝯ spālibus. ꝑma si fuerint sine deꝑditione subē ꝙ cuꝫ carne suanť. 2ª ꝙ in loco magis depēdēti aliqua tēta suauiter apponať. 3ª ꝙ aliqđ medicamen sedatiuū ⁊ incarnatiuum ꝓpriū neruis supponať. 4ª ꝙ cuꝫ stupata de molli lana desup mediocriter ligeť. ¶ Qꝛ aūt si utilis talis sutura ꝓbať: eo quia per talem suturā ꝯgregant ⁊ seruanť in idem labia distātia: ⁊ cuꝫ hoc custodiť neruus ꝓpter coopturā cutis ⁊ carnis a frigiditate ipꝫ dissipāte. Et ita vult Aui. dum dicit in 4°. Si aūt disrumpať in latitudie neruus: tunc necessariū est suere ipm: ⁊ si nō: nō ꝯglutinať. ⁊ Guilelmus de saliceto ⁊ Lāfrancus idem testantur nō obstāte ꝙ multi dicūt ꝙ Gal. nō ꝑcipit suere ipsos: qꝛ nō poterant ꝯsolidari: ⁊ qꝛ punctura acus erat aduocatiua spasmi certe cū reuerētia Gal. nō inhibuit. Sꝫ si tacuit affirmauit: imo hoc certe videť ꝯsentire in 6° ter rap. capº 5°. dum dicit. Abscisso vo toto neruo periculū quidem non est aliqđ. nocita vo ꝑticula erit. sanatio vo corporis erit aliud ab alijs uleribꝯ supple similis. Certū aūt est ꝙ alia ulcera suunť: ut seruenť partes approximate. Et hoc etiam designauit. qꝛ in 3° tegni nullā fecit differentiā curationis vulnerū neruoꝝ ab alijs nisi de sola pūctura. Neqꝫ in 6° terrap. nisi de ipsa ⁊ de vulneribus nerui denudati: ⁊ de accidēte solius incisi totaliter ⁊ non totaliter: ⁊ de attritione ipsoꝝ. Et ad hoc facit ꝙ cum tali sutura partes neruose uētris ꝰm ipm cōglutinenť. Nec valet qđ dicūt de pūctura nerui cum acu qꝛ ꝑforata est: ⁊ nō excecata cum ꝑtranseat totā subam. Nec qđ dicunt ꝙ nō ꝯsolidanť: qꝛ si nō ꝯsolidanť ꝰm ꝑmā intētionem: cōsolidanť tn̄ ꝰm secūdam: ut dictum fuit supra. Et si diceť ꝙ non ꝓficit: qꝛ ita parum postqꝫ incisus est neruus: qꝛ nō ꝯsolidať nisi ꝰm scđam intentionē que fit per alienam scđam ꝑdit ꝑforationem ꝯtinuā: ita ꝙ spiritus non ferunť: ⁊ sic ꝑdiť motus ꝑticule. Dico ꝙ ꝓficit ad duo. primo in pueris in quibꝯ ꝯsolidanť quasi uere. Et si perditur pars opationis nō ꝑdiť tota. In iuuenibus vo etiā ⁊ dum magis approximanť partes nerui minus iterponiť de sbā aliena: ⁊ ita aliquis spiritus pōt elucere: ⁊ cuꝫ hoc mēbrum magis decorať. Ego vidi ⁊ audiui in multis neruos ⁊ thenātos incisos ⁊ eos ita restauratos cum sutura ⁊ alijs auxilijs ꝙ erat postea icredibile ipsos fuisse incisos. ¶ Qꝛ aūt debeat poni tēta suauis patet ꝙ aliter posset includi putredo supra: ⁊ iuxta neruum ⁊ corrūpere. Et hoc intellexit Haliab. dum dixit. Cum aūt vulnus in neruos ceciderit nō oportebit carnem supinducere. i. incarnare penitus: donec multi pertranseunt dies ꝙ ab apostemate ⁊ spasmo fuerit securus: hoc tamen Rab. de stricto vulnere solum intellexit.

¶ Medicamen aūt ꝯueniēs talibꝯ vulneribus est vnguētum de uermibus. qđ ℞. cētauree minoris: lingue canis lanceolate pilloselle ſe. g. ꝯsolide maioris ⁊ minoris añ. M. j. uermiū terrestriū lb. ʃ. olei lb. j. vini lb. j. ʃ. pistentur simul ⁊ nutrianť ita septē dies: deinde pistenť cū eis sepi arietis mūdati lb. j. picis nigre resine. añ. quar. j. armoniaci galbani oppoponacis dissolutoꝝ in aceto. añ. ℥. v. bullianť modicū quousqꝫ vinū ⁊ acetuꝫ sint cōsumpta: ⁊ colenť. Et postqꝫ erit quasi infrigidatū addať terbentine quarta. ʃ. thuris masticis sarcocolle. añ. ℥. iij. croci. ℥. ij ducēdo cum spatula fiat vnguentum. est enim ꝑciosum. Cōsimile poniť a Rogerio: ⁊ addit millefolium. ⁊ a Lāfranco. Nihilominus ipe ꝑcipit ꝙ facta sutura per duos dies fomenteť vulnus sutum cum oleo rosꝫ. decoctionis uermiū terrestriū: ⁊ desup aspergať puluis cōseruatiuus suturaꝝ. Ego aūt addo cum illo puluere tantūdē de uermibus dictis desiccatis ⁊ puluerizatis. De uermibus ita scripsit Gal. xj° simplicium farmacaꝝ. Terre igiť intestina siue lūbrici subtiliant ac neruis diutius apposita mirabiliter cōferunt. ¶ De centaurea diciť in alio ꝙ magna ⁊ difficile cōsolidabilia vulnera cōglutinat ⁊ sanat: imo testať Aui. in 2° qđ diciť ꝙ si ipsa centaurea coquatur cū carne incisa ꝯiungit eā. Alemani in plaga cum glutino ut dicetur statim de ossibus totum mēbrum sustētabant ut ꝓpter motum non impediretur consolidatio.

¶ De neruo denudato.

Si autem neruus appareat denudatus nō opꝫ huic neruo ꝑdictoꝝ farmacoꝝ ulluꝫ afferre: quecūqꝫ per euforbiū: ⁊ ita acria emplastra fiūt. Nō enim ita sustineret vtutē ipsoꝝ sicut per mediā cutē. Optimuꝫ tunc est lotam calcem cum oleo plurimo uti. Optimū etiam est ꝙ per ponfilicon ⁊ thuciā lotam cuꝫ oleo rosꝫ. liquefactā. Sint enī ista lauata estatis hora mltotiēs cum bona aqua. Quecūqꝫ enim ex metallis sunt lauare opꝫ. vniuersa debentia siccare imordaciter. Bonum etiā est mel mixtū cum optimo rōdino ⁊ terbētina resina atqꝫ cera: lauare etiā opꝫ oīa ista: ex oībꝯ eniꝫ lauatis mūdanť ⁊ abstergunť imordaciter acres ⁊ mordaces ycores. ¶ Si vo qui vulneratus est fortis fuerit ⁊ vulnus cū putrefactiōe multa: ⁊ cū hoc absqꝫ superfluitatibus tūc possibile est in eo uti aliqbꝯ fortioꝝ farmacoꝝ. Sicut aliquotiēs ꝑmo ego feci polipodij trociscos mittēs in syreo qđ vinū coctū nūcupať apud nos: qui in asia tepefaciēs in aq̄ calida tingēs in hoc testertia ⁊ lichinia apposui lauare etiā opꝫ eiꝯ ycores cuꝫ lana ifusa in puro vino cocto calido. Non cum aqua neqꝫ cum oleo: aqua eniꝫ putrefacit neruos: ⁊ oleum cōmaculat eos. Nō enim est idem nudo neruo afferre oleum: ⁊ per mediam cutem.

¶ Si est aūt necessariū mūdificare suauiꝯ mūdifica cū vnguēto facto de uermibꝯ: aut cū aliquo mūdificatiuo in q̄ sint mel ⁊ terbētina ⁊ farina ordei ac fabarū: aut cum vnguēto de resina: aut cū aliquo de dicēdis in antidotario. Rotlādus cū Rogerio attestať: ꝙ si capita neruoꝝ incisoꝝ sine tactu carnis cū ferro candēti tāganť ꝙ optime ꝯsolidantur: ⁊ ita faciunt cyrurgici terre nostre.

¶ De attritione ⁊ ꝯquassatione neruoꝝ.

Quassatio neruorum ꝰm Gal. in 6° qn̄ simul cū cuti quassata fit ulceratio farmacis indiget intētionē quidē siccādi habētibꝯ cū quadā cōstrictione. ut eēt a ꝑncipio oleū rosatū cū albumine ouorum: ⁊ post sedato dolore vinū grossum stipticū. ¶ Si autem absqꝫ vulnere cutis fuerit quassatio fomentetur frequenter cū oleo calido dyaforetico. Propterea testatur Gal. experientia edoctus athletarū in utroqꝫ casu ualere cathaplasma: qđ per oximel ⁊ farinā fabarum fit.

¶ Si vo dolor aliquis affuerit quassationi de pice liq̄da miscere opꝫ: ⁊ coquēdo bene apponere calida: sicut facit Lāfrācus in pedū cōtusione ⁊ cōtritione magnꝯ. Idem facio ego. Quādo vo siccius vis facere misce orobinā farinam: ⁊ si magis uolueris siccare yreos ilirícam cordis ꝓcuratio cum dieta ⁊ purgatione his cois est ut dicit.

¶ De vulneribus ossiū ⁊ cartilaginum. Cap. V.

Dicet ꝰm Gal. in 6° oēs solones ꝯtinuitatis ossium ꝰm linguā grecoꝝ fractu-
1
re uocenť. Nihilominꝯ habet ꝯsuetudo latinoꝝ uocare fracturā solonē ossis que fit sine incisione de qua diceť infra. Incisionem aūt que fit cuꝫ incisione de qua diciť hic. ¶ Est enim vulnus ossis icisio facta in osse cū

ense aut aliquo alio incidēte seu pforante. Que qñq3 est totalis: qñq3 partialis. ¶ Ex quibus apparet φ nō pōt vulnerari nec incidi os qui incidat caro z particule sup iacentes. quare contingunt sepe accidētia de fluxu sanguinis: z dolore que dant indicationem.

Signa sunt manifesta. ¶ Gal. idicauit in 3° tegni. z 6° terrap. φ fractura ossis vel incisio non restauratur ẜm pmam intentionem: ẜm vō scdam consolidatur z ligatur per porum sarcoydem ligantem partes ossis diuisi: excipit tamen os puerile qd ẜm pmam intētionem consolidari pōt. Causa vō reddita fuit in sermone cōmuni. ppterea Hyppo. in 7° afforismoꝝ. idicat φ in osse denudato herisipilla malū: licet raro accidit ẜm Gal. in cōmento.

¶ Amplius recordare φ frigidū summe nocet ossib⁹ denudatis: ppterea ẜm Rogeriū z Lanfrancū incisio totalis magnoꝝ ossium ut adiutorij coxe: z duoꝝ fociliū insimul taliter φ exeat medulla est periculosa. z utplurimū mortificās mēbrum: z causa est: q: in tali magna incisione incidunt uene z arterie: z nerui magni qui portabāt vitā mēbro. Nō obstāte Guil. de sali. qui hoc negat propter malū intellectū Aui. in 4° qui dixit. Et qd dicit de incisione medulle: φ interficit est intētio cui nō est utilitas. hēt eniʒ medulla lenitatē z viscositatē z non incidit. Aui. vō hoc itellexit de fractura sine vulnere qua credo φ medulla nō inciditur: lʒ elongari possit ppter viscositatem eius: sed φ nō possit icidi in totali icisione ossis qs dubitat. Et forte itellexit φ nō morit ppter depditionē medulle: sicut z ego credo. z Albuc. testat de illo iuuene 30. annoꝝ quem curauit de pditione ossis cruris cuʒ extractione medulle: maxime q: restaurationē hēt: sed q: nō hō: sed mēbruʒ posset mori amputatis vijs per vñ uenit vita: nō ꝯsonat cū hoc qd est dictū in ẜmone cōmuni: organica enim videt icisio ubi multitudo omiomeroꝝ est incisa: quorū vnitio est impossibilis in 3° tegni. Sūme tñ est cauēdū ne exhat aliquid ossis lesi cum violentia: neq3 subito. Nā qd exhit ita nō euacuat quin faciat accidere fistulā z timorem spasmi z pmixtionis z fe. ut dicit Aui. in 4°. melius aūt est extrahenda: aliquantulum dimittere z naturam cum aliquo medicamine attractiuo adiuuare: ut superius de extractione sagittarum fuit dictum: q̄ʒ ea subito cum violentia extrahere.

In curatione vulneꝝ ossis de itētionibus coibus specificant q̄tuor. p^{a} est exneis infixis z frustulis si sint exctis adducere ptes separatas ad inuicem z suere pfunde z firmiter vulnus carnis. 2^{a} eligere cum quibus auxilijs medicabitur. 3^{a} est ligare taliter φ vulnus quādo erit necesse possit mutari absq3 qd dissoluatur totalis ligatura z firmatura. 4^{a} φ postq̄ʒ securatus fuerit ab apostemate regimen fiat taliter φ porus generet. ¶ Quomodo cōplet pmum dictū est in ẜmone cōi de sutura. Et φ sutura vulneris carnis sit utilis in pposito sic pbat. Quia illd qd facit ad appropinquationē disiunctoꝝ z ꝯseruationem adiunctoꝝ z custodiā sube partis est utile in pposito ut patet in 6° terrap. z inferius de fracturis declarabit magis. sed talis sutura est huiusmodi: quia caro ibi ꝯiuncta tenet ppinquatas partes: z stat loco ligature z asselle z est defensorium ut aer nō alteret os ipm in quo multum est aduertēdum. ergo zc. Et Gal. videbat hoc sentire ubi sup. dū dixit φ eoꝝ farmaca iubet Hyppo. esse sanguinolenta. Melius aūt medicamen vulnerum sanguinolentoruʒ est sutura z ligatura. Aui. aūt Haliab. z Albu. per totum de fracturis cum vulnere iam illud pceperunt. Guilel. etiam de saliceto z Theodoricus atq3 Henricus idē uoluerunt. Nō obstāte Lāfranco qui gñalem regulā constituit φ in vulnerib⁹ in quibus ossa sunt vulnerata nūq̄ʒ caro debet sup os per medium ꝯsolidari: nisi os plenarie prius reparet. Quomodo enim reparabit os nisi per carnem mediam nescio: nōne nutrimētum a quo fit porus uenit a carne credebat φ nihil nutrit uera nutricatione: nisi ueniat a stōco ad epar: z ad uenas dissemiatas per carnem. Et dehinc ad ossa de virtutibus naturalibus per totum. ¶ Carne enim dimittendum est repleri vulnus: z ipa cuʒ desiccatiuis induranda ut fiat porus z caro desup callosa non alia: quia ꝯcauitas incurabilis remanet: ut dicebatur in 3° terrap. cap° 2°.

¶ Secūdū cōplet φ facta sutura in loco magis dependēti ponat tēta ut si quid remāserit exneuʒ de frustulis aut de sanie si gñatur per hinc ualeat expurgari. Desup vō ponatur puluis ꝯseruatiuus suturarum z albumen oui in pmis diebus. Et post sup incarnatiuuʒ cōe de puluere illo cum terbentina insimul incorporato. z deinde de alijs: ẜm φ videbit expedire apponat: z tētula cuʒ melle ros. in quo sit puluis icarnatiuus cum mirra que ẜm Auic. coopit ossa denudata humectet. Et si os esset detectum cū tali puluere z lichinijs bene carpie coopiatur. z desup emplʒ z stupata balneata in vino calido applicet.

¶ Tertium cōplet si os est totalr incisuʒ φ facta sutura totum membrum / ut Ras. pcipit inuoluatur excepto vulnere cuʒ pāno duplicato in pmis dieb⁹ infuso in albumine ouoꝝ z postea in vino calido stiptico: z liget cuʒ bida longa z lata ẜm mēbruʒ z incipiat uersus finem mēbri z uoluēdo usq3 ppe vulnus faciat eam trāsire per partem oppositā vulneris. Et deinde ascēdēdo vsus corpus uertēdo bindā uoluendo reueniat iferius quousq3 sit prope vulnus. Et tunc faciat eam trāsire per partē oppositā supra aliā ut ueniat ad locuʒ ubi icepit: z ibidē finē suum cum suo pncipio nodet: z ita remanebit vulnus discoopertum. Deinde ponant due uel tres asselle bene polite z aptate ẜm mēbruʒ coopte z munite de bono panno talr sustinēdo mēbruʒ φ nō coopiat vulnus z ligent cū bindello. Et hoc nō dissoluat quousq3 sit curatus nisi dolor aut prurit⁹ seu apostema cōpellat. Ad que quomodo succurrat in sermone cōmuni fuit dictuʒ. Et vulnus ab extra cum stupatis z bindellis liget: z qualibet die remutet z mūdificet z exiccet: z ut cetera vulnera tractetur.

¶ Nōnulli vō ut supra fuit dictuʒ de neruis in isto casu: z in vulneribus neruoꝝ glotonicū: z instrumentū mechanicum factū cum duabus astellis z ligno rotūdo in clausura manus z plato in sola pedis ligādo superius apponunt z ita psequuntur curam ut prius.

¶ Quartum quomodo cōpletur dicet infra: quando tractabitur de fractura iussu dei. ¶ De duritie quomō cōsequit solones z algebras in 6° de artetica z passionibus coniuncturarum z in antidotario dicet.

Doctrina. II. De spāli cura vulnerū put in sūt mēbris organicis cōpositis:

¶ De vulneribus capitis. Cap. I.

Uāquā Gal. z Aui. de diuersitate cure membroꝝ organicoꝝ extrinsecorū non determinauerint exquisite: nisi de capite z uentre. Nihilominus quia aliqua diuersitas in alijs particulis ẜm diuisionem datam supius saltim in ligando suendo situando z aptando instrumēta z modū applicādi medicinas inueniēdo. a pticulis enim organicis sunt h^{oi} medicationes ẜm G. in 5° terrap. sicut que in siccādo a substantia eoꝝ que in omiomeris. Quatuor eniʒ sunt idicatiōes que a natura pticulaꝝ sumunt ut in doctrina scda tractatus apostematum fuit dictū pro tanto gra iuuenuʒ: pro quibus est h^{oi} conscriptio tractabunt vulnera ẜm particulas organicas ex q̊ sunt tractata in doctrina precedenti ẜm omiomeras z ꝯsimiles particulas a capite incipiendo zc.

Caput quādoq3 ꝯtingit vulnerari cū incisione: qñq3 cū ꝯtusione: z utraq3 quādoq3 est absq3 vulnere z fractura cranei

quandoq; cum fractura eiusdem. Et que cum fractura: quedam est penetrās: quedam non penetrās. Et utraq; quedem parua: quedam vō magna. z cum hoc quedam sunt pure: quedam cum accidētibus de dolore z apostemate z pāniculoꝝ lesione cōposite. Iste sunt diuisiones cōmunes vulneribus capitis. Speciales vō tales sunt vulnera cum incisione cranei penetrātia: quedam sunt sine deꝑditione substātie: quedam vō cuȝ ꝑditione eiusdem. Et utraq; istoꝝ quedam sunt plana z equalia: quedam aspera z squāmosa. Et utraq; etiam istoꝝ: quedam sunt in sumitate capitis: quedam in lateribus. Etiā vulnus cum cōtusione z fractura cranei penetrātia: quedaȝ est parua talis ꝙ non facit compssionem neq; compunctionem supra cerebruȝ: quedam vō est ita magna ꝙ cōpressionem z pūctionem facit in ipso. ¶ Iste sunt differētie ꝓprie vulneribus capitis a qbus sumunt indicationes curatiue que sunt assumpte ex dictis Pauli 6° libro suo de fractura cranei. G. autem non fecit mētionem nisi de illis in qbus erat maior diuersitas. s. de simplici fractura magna. In sumitate capitis z in lateribus facta penetrāte: z non penetrāte: de paruis autem fracturis non curauit: q: solum erant forma z sedes eorum que ꝑcusserūt. Et cum hoc determinauit de magnis contusionib9 ut videbit infra. Albuca. vō ultra illas addit vnā in qua facit ingredi laminam ossis ad interiora: z fit in loco cōcauitas: sicut accidit caldarijs eris quādo occurrit eis ꝑcussio: qd plurimum fit in capitibus puerorum. Nōnulli vō ex dicto Auic. in 4° uolūt dicere ꝙ est alia que nō est fractura in parte in qua ꝑcutit. sed in opposita que diuisio est reprobata in 6° cyrurgie Pauli. Aui. non videt curasse nisi de vulneribus carnis cum incisione z cōtusione: z de fractura etiam cum incisione z cōtusione cuȝ vulnere carnis z sine ipso: q: per diuisiones cōmunium fracturarum intellexit differentias dictas.

Cause vulnerum capitis sunt que alioꝝ vulnerum dicte superius in sermone cōmuni.

Signa et iudicia fracturaruȝ capitis est intelligendum ꝙ quedam significāt fracturam cranei: quedam incisionem cerebri z pāniculorum eius: quedam apostemationē: quedam lesionem causatam ex materia descēdēte z grauante cerebrum z panniculos eius.

Signa fracture cranei sumunt a multis ꝑmo sumunt a cōsideratione cause frāgētis: ut q: cecidit ab alto: aut fuit ꝑcussus cum re forti. ¶ Secūdo a cōsideratione quantitatis lesionis: q: magna cōtusio: aut magnuȝ vulnus. ¶ Tertio a qualitate loci: q: dolet z sepe ducit manum ad locū z cum digitis z ꝓbis ꝑcipit tenuitas in cute: z separatio ab osse: z quādo sufflat: aut anhelitum retinet videbitur humiditas pullulari per fissuram. ¶ Quarto ab accidētibus que occurrunt in hora: ut apoplesia scotomia destructio uocis uomitus zc̄. ¶ Quinto a cōsideratione soni: q: rauce sonat: dum eius caput ꝑcutit cum virga. ¶ Sexto a cōsideratione stridoris dentium: stridēt eniȝ dum percutit filuȝ quem tenēt cum dentibus: z dum conant frangere nodum palee: aut rem duram leduntur. ¶ Septimo a ꝯsideratione encaustri z linimēti masticis sup fissuram: q: remanet nigredo in fissura z siccitas in linimēto supra locum fissure: z hoc est signum certum.

Signa incisionis pāniculorū etiam a multis sumuntur. ¶ Primo a dolore: q: statim a ꝑncipio sequit scotomia z uertigo z similia. ¶ Secūdo a colore faciei z oculoꝝ: q: facies rubet z pustulat / oculi rubēt eminent z obscurant zc̄. ¶ Tertio ab exeūtibus: q: sanguis exit per nares aures z palatum. ¶ Quarto a lesione virtutū: q: cū difficultate mouet loquela turbat angustiat est totus ꝓstratus z stupidus febricitat riget male dormit nihil appetit nauseat z euomit male assellat z urinat.

¶ Signa incisionis cerebri.

Sumuntur a multis. ꝑmo ab exeūtibus: quia exit substantia grossa globosa z medullaris nō saniosa. ¶ Secūdo a lesione virtutuȝ: qa ꝑdit ratio. si vulnus est in añrioribus ꝑtibus capitis memoria in posterioribus. z cum ꝑdictis accidētibus adest stupor z desipientia maior.

¶ Signa apostematis superuenientis.

Etiam a multis sumunt. ꝑmo a tumore: q: inflant pāniculi z eminent extra vulnus: z rubēt z non mouent. ¶ Secundo ab oculis: q: rubēt z inflāmant: z a capite egredi vident mobilitant z obliquant. ¶ Tertio a calore: q: febriūt z ingetant. ¶ Quarto a virtutibus: q: alienant z spasmātur z febricitant z freneticāt.

¶ Signa ꝙ materia que descēdit infra ledat z grauat pāniculos z cerebrum.

Sunt predicta signa incisionis pāniculorum uenientia paulatine post principium.

Judicia Fractura cranei est ꝑiculosa apd omnes. Preterea incisio cerebri z pāniculorum eius corruptio: ac lesio est mortalis ꝓm Hyppo. nisi fuerit parua. Exponit Gal. ut supra de iudicijs in vulnerib9 fuit dictuȝ. Et ideo accidētia mala ut febris acuta tremor spasmus alienatio sincopis absciſſio uocis egressio tenebrositas z rubedo ac strabositas oculoꝝ sunt timorosa z mortalia: ꝑcipue si maneāt / z nō remittant. ¶ Amplius dicit Aui. in 3° de plaga z incisione capitis: z in vulneribus ꝑuenientibus ad pāniculuȝ cerebri accidit laxitas in latere vulneris z spasmus in opposito: z ꝓpter illud vult dicere Guil. de salice. ꝙ quādo fit vulnus in dextra paraliticat sinistra: z ecōuerso. q: nerui qui ueniunt ad partem dextram sunt radicaliter in sinistra: z ecōuerso: ut dicit. Cōsidera si littera dicit hoc: z super hoc cōsule ꝓm de egritudine z sinthomate. ¶ Preterea in fractura capitis pericula z accidētia mala ꝓm Rogeriuȝ expectant usq; ad cētum dies: z ꝓm legistas z iudices ad. 46. q: talis est ultimus terminus acutaruȝ. Et ꝓm q̄tuor magistros ad 15. qui est cōmunis terminus acutarum. ¶ Preterea denigratio dure matris que nō mūdificat cum melle significat mortem. Inqt Paulus. ¶ Preterea fractura cranei in plenilunio est uerēda ut dicit Rogerius. ¶ Preterea in solidatione cranei appitio carnis rubee bonū. ¶ Amplius in vulneribus capitis tumor paruus z saniei bona digestio bonuȝ. Tumor vō magnus z ꝑcipue si cito euanescerit sine causa rōnabili malum. Item in fractura cranei expectat porus debilis z rarus ad. 35. dies.

Curatio Circa curādi modū est intelligēdum ꝙ multitudo discordātiū cura ipsiuȝ ostēdit iudicium curationis ipsius difficile. ¶ Naȝ Gal. Paulus Haliab. Auic. Albuc. Rogerius Jamerius Brun9 z Guil. de saliceto vident aut saltem eis imponit indifferēter ꝓcedere in oibus fracturis capitis discooperiēdo ruginādo trapanādo z ossa cuȝ instrumētis ferreis euellendo fundātes se: ut dicūt super illo cōmuni: ꝙ necesse est detegere z incidere os ut virulētia que infra craneuȝ coadunat conuenienter possit mundificari z deficcari.

¶ Alij ut magister Anselmus de Janua: z aliqui Paduani: z fere oēs gallici z anglici ꝓcedūt incarnādo z consolidādo cum suis emplastris z potionibus z bono vino: z ligatura fundātes se sup illo cōi. Qz si possumus saniēȝ sine ossium expulsione expellere melius est qd facē possumus cum medicinis ꝑcipue: q: ꝓm modum illum nō generat sanies: sicut ꝓm moduȝ alioꝝ: imo inhibet: z si generat cōuenienter cum illis mundificat z desiccatur.

¶ Nōnulli vō ut Theodoricus Hēricus z Lāfrancus

qui iter ceteros melius dicit nitunt tenẽ viā mediā:sed differēter. Nā Theodoricus incarnat recēs cū potione z vino cū stupis. Et Hēricus sine potione cū suo emplo. Et ambo antiq̄s fracturas:postq̄ trāseūt q̄tuor uel quinque dies trapanāt z eleuāt:ut antiq. Lāfrācus vo in omnibus ꝓcedit incarnādo cū lichinijs itinctis in ptes duas olei rof. z vna mellis z sup̄ mūdificatiuū de farina ordei z melle aut de cera z resina cū puluere capitali exceptis duobꝰ casibꝰ in q̄bꝰ ꝓcedit rugināo aptēdo trapanādo z ossa eleuādo. Primus casus est qñ os p̄mit. Scḋs quādo pungit. z fundāt se cum fundamētis duarum viarum addendo q̄ in opatione instrumētorum possunt sequi multa pericula: ꝓpter alterationem quam facit aer: z dolorē quē facit opatio: z apostema qḋ ꝓcurat utrūq̄.

¶ Ego aūt vidēs istā discordiā impositā: magr̄is reddebā me dum erā iuuenis anxiū. Postea vo cōsideraui opa z accusationes: z nouas expiētias iueniētes discordes suspectos habui. Qꝫ aūt ex dicto duoꝝ uel triū omittaf totaliter sentētia bonoꝝ malū est. Scriptū enĩ est in p̄ᵒ de alimentis. Iniustū est vni pre alijs credere sine demonstratione. Et Haliab. in 2ᵒ sermone ptis secūde. libri dispositionis regalis. tutius est uti inuētis q̄ uti nouis experimētis. In experiēdo enim medicamina corpibꝰ hominū piculū iminet aiarū: z in piculis coior z ꝓbabilior via est tenēda. Et pp hoc auxiliāte rerū oium opifice nō discedēdo a via Gal. q: illa fuit diuini Hyppo. ut ipse in 6ᵒ terrapē. testificaf dicēs. q̄ in his vulneribꝰ que in capite sunt scriptus est liber iteger ab Hyp. docēs oīa que opꝫ gerere in eis. Et nos cū hoc cōpleuerimus ip̄m cōmētabimus. Nec ēt discedā a via Haliaba. z Pauli atq̄ Auic. imo eos interp̄tādo ꝯcordabo dicta ipsoꝝ toto posse cū hoc qḋ euidēter appet. Tales enim debēt eē demōstrationes medicoꝝ: ut supꝰ in capl̄o executiuo fuit allegatū. Nosco q: ꝓlōgare v̄ba extimabor. sed necīū est q̄ ubi maius iminet piculū cautius z lōgius est agēdum.

¶ Et ut nō oporteat in cura cuiuslibet dr̄e coīa resumere p̄mitto nouem documēta huic curationi multū necīa.

Quorum p̄mū per viā notabilis est q̄ vulnus capitis maxime cū fractura ossis mltas specialitates z drīas habet a vulneribꝰ alioꝝ mēbroꝝ tum pp ꝓpingtatē z nobilitatē medulle cerebralis: tū etiam q: pp eius formam sphericā non pōt vniri: neq̄ seruari cum ligatura ut alia membra.

¶ Scḋm est q̄ in vulneribꝰ capitis p̄cipue notabilibꝰ opꝫ ut seruenf intētiones cōes dicte supius in s̄mone cōmuni de flōmia z purgatiōe z uētre saltim q̄ sel' in die assellet per se: aut cū suppositorio: aut clisteri: aut cū aliquo lenitiuo. De dieta q̄ sit magis tenuis. De exctione ifixoꝝ minꝰ molesta. De fluxu sanguis q̄ restrigaf. Et de accidētiū correctione z p̄seruatione ut dictū fuit z dicef.

¶ Tertiū est q̄ in vulneribꝰ capitis añ oīa remoueanf crines z radaf caput eū humectādo cū aq̄ z oleo: ut dic̄ Guilelmꝰ talr cauēdo q̄ pilus aq̄ z oleū in vulnē nō igrediātur. nā ꝯsolidationē ipedirēt: ut supꝰ fuit dictū. Et q̄ i p̄ncipio mā z dolor refrenenf sup̄ z infra vulnus ponēdo albumē oui: z post p̄ncipiū cetera fiāt: ut in ꝓprijs locis dicef. Ad mūdificādū z incarnādū. Et in circūferentijs semp inungaf cū vnguēto de bolo: aut cum oleo rof. ut dolor z discrasia sedenf z apostematio ꝓhibeaf.

¶ Quartū q̄ caueaf a frigore: q: ut sepe audiuisti ab Hyppocrate frigidū inimicū est neruis ossibꝰ z medullis: z cū hoc aer offendit: z alterat p̄ncipalia mēbra. Et ideo cōsulebat Guil. q̄ in hyeme qñ p̄parabunf ponanf carbones icēsi iuxta ipsos z clausis fenestris hēaf lumē cādele z q̄ post ligatiōeꝫ coopiaf caput cū coffa de pelle arietis

¶ 5ᵐ q̄ si in eis est facta sanies remutenf in die sel' in hyeme: bis vo in estate: z q̄ remutatio z mūdificatio cum cotone carpta atq̄ pānis mollibꝰ suauiter z idolorose fiat.

¶ Sextū q̄ desup lichinia frustū suauis spōgie apponaf: ut p ip̄ꝫ suggaf z recipiaf sanies q̄ ad cerebꝝ nō dscēdat

¶ Septimū q̄ ligatura ꝯueniēs adaptef ligatura capitis ut qñ vulnꝰ icarnare uolumꝰ ligatura duoꝝ capituꝫ fiat que saltim est semīcarnatiua: z fit q̄ habeaf binda plus vnꝰ brachij lōga lata q̄tuor digitoꝝ z uoluaf tota p̄ter q̄ duo palmi cū q̄bꝰ icipiaf s̄m frōtis lōgitudinē trahendo v̄sus aurē oppositā vulneris z aliā ptē uolutā v̄sus aurē vulneris: auree tñ nō cooperiēdo ducēdo eā usq̄ ad caput aliud binde: z ibi iuxta aurē circūuoluaf stringēdo: z caput palmoꝝ ducaf v̄sus iferiꝰ: caput uolutū ducaf superius v̄sus caput reducēdo ip̄m per ptē posteriorē capitis v̄sus caput palmoꝝ: z iterū ut p̄us eā cuꝫ illa circūuoluēdo z reducēdo sup caput. Et totiēs illud fiat q̄ totū sit cooptū z bñ ligatū. Deinde ligāt Bonoñ. duo capita sub mētone. Parisieñ. ea suūt in medio frōtis. ¶ Si autē uellemꝰ solū tenere medicinā faceremus ligaturā capitū multoꝝ que fit in capite per hūc modū. hēatur magna petia linteoli longa triū palmoꝝ lata duoꝝ z incidatur in quolibet latere ad latitudinem trium digitoꝝ usq̄ non remaneat nisi vnus palmus in medio. Et tūc vnuꝫ de illis capitibus cum alio stringēdo s̄m capitis circuitū ligef retro: aliud vo cum alio transeūdo per collum ligetur a parte anteriori sub mentone.

¶ Octauū documētū est q̄ ad cautelā: si aliq̄ squāma ossi remāsit cū vino administref audacter: si nō fuerit febris ille puluis capitalis de pimpinella bethonica gariofilata ualeriana osmūda: z q̄tū de oibꝰ tātū de pilosella.

¶ Nonū q̄ situef z iaceat vulneratꝰ in p̄ncipio sup ptē in qua minus grauabif: post vo si facit saniē sup locuꝫ vulneratū ut sanies possit melius excolari. Et his premissis documētis coibus uenīēdū est ad curam s̄m drīas.

¶ De vulnere capitis facto per incisionem absq̄ cranei fractura.

Si est simplex absq̄ depditione sube suaf z ligef: z ut alia vulnera curef z incarnef. Si aūt fuerit cū depditione sube regñef caro z cutis cicatricef cū suis lichinijs z ꝓprijs pulueribꝰ vnguētis z emplr̄is: z ut cetera vulnera tractef. ¶ Qꝫ aūt sutura sit utilis nō solū in talibꝰ simplicibꝰ vulneribꝰ capitis: sed in multis alijs nō paruis: itellige ꝫ magnis: ꝓbaf ita. q: illud est utile multis vulneribꝰ capitis qḋ facit p̄manere ptes distātes approximatas in idē. Et cum hoc ꝓhibet aeris alterationē que est multū nociua: ꝫ sutura est huiusmodi in 3ᵒ tegni. z terrapē. per totuꝫ. q̄ zc. Et ista fuit intētio Aui. in 4ᵒ dicētis. In fissuris vo in quibus nō est nisi scissura si est plurima suaf. Et qḋ est fortꝰ loquif qñ est cranei fractura: ut patet per ꝓcessum capl̄i. Et notāter dicit si est necessariū: q: si talis fissura esset in sumitate capitis nō suerefꝫ. sed in lateribus bñ suerefꝫ: ut dicef infra. Et hāc talē suturam cōcedit Guil. de saliceto Lāfrācus z Hēricus: z intātū Hēricus cōcessit q̄ sibi fuit visum q̄ Theodoricus eā cōcesserat qui cōtra Auicē. vna cū appositione olei rof. penitus negauit. Et male. nam multotiēs Aui. z Paulus cōcesserūt z iubēt infundere vulnus capitis cum oleo rof. ad sedādū dolorē qñ vulnera ꝑtingūt usq̄ ad pelliculā neruosam cooperientem carnē. Et ad mollificādū ossa adherētia ut leuius extrahanf. Et ad rep̄mēdum acuitatē quādo uolumus pāniculos interiores mūdificare cū melle. Nec ratio eorū ualet quantū ad suturā: q: ligatura incarnatiua in capite est multū defectiua: ut dicef. Nec q̄tum ad oleuꝫ rosatum: q: lꝫ vnctuosum maculet vulnera simplicia. nihilominus cōposita cum dolore z alijs dispositionibus indicantibus oleū rectificat z emēdat. Medicare enim semper iubet Gal. indicationes aduersantes.

¶ De vulnere capitis facto per incisionem cuꝫ cranei fractura non penetrante.

Vulnus tale aut est magnū aut puū. si parū qdem rimulam uocauerūt

multi.eodē mō curaꝛ sicut ꝑcedens siue fractura cranei: q: in tali vulnere pauca gnāꝛ sanies. Et ꝓpter eius grossitudinē per talē paruā fissura descēdere non pōt. ¶ Si vō fuerit magnū aut est in laterib⁹ capitis:aut in supiori pte.si fuerit in laterib⁹:eadē ēt cura curaꝛ ut ꝑmum simplex:nisi ꝙ in iferiori pte poniꝛ tēta:ut si aliq̄ mā retinebaꝛ in illa fissura per foramē tēte ualeat expurgari.Si i supiori pte nō suaꝛ sed fiet ibi cura.Gal.in 6° terrapē.dicit.Simplices igiꝛ rupture usq̄ ad disploā.i.mediū duarum tabularū cranei puenīētes dictoꝝ rasoꝝ.i.rugīnoꝝ strictoꝝ indigēt:eē aūt eos opꝫ multos qdē quātitate:nō eq̄les aūt magnitudine:ut nō careat ultimo opus.deide denudato ꝫm cōsuetudinē patiēte osse uti ꝑmo qdeꝫ ampliori.2° vō post ip̄m strictiori.Et deinde ita ꝯñter alijs usq̄ ad strictissimū:hoc aūt utēdū in ipsa disploi.Deide si dolor aliud nō reqrit curare siccis farmacis ꝯfestim ⁊ usq̄ in finē que utiq̄ uocaꝛ cephalia de qbus in fine capituli fiet ꝫmo cū suis lichinijs:⁊ exiccatorijs:⁊ alijs auxilijs opportunis.Quare aūt istud vulnus nō suiꝛ:q: existēs in medio capitis nō est potēs expurgari per se. Et nisi imbibereꝛ sanies:⁊ cū lichinijs/⁊ alijs auxilijs deficcareꝛ posset retineri aliq̄ materia in medio tabularuꝫ:⁊ ibi putrefieri ⁊ putredinem in ossibus generare.

¶ De vulnere facto cum incisione cum fractura cranei:sine deperditione substantie usq̄ ad interiorem superficiem penetrante.

Tale vulnus aut hēt sq̄rlas:aut nō:sed est plenū ⁊ eq̄le.Si sq̄rlas que possēt pūgere durā mrem squirlis ⁊ aspitatib⁹ planatis ⁊ equatis cū lēticulari/⁊ alijs instr̄is eodē mō curaꝛ ut imediate fuit dictuꝫ.Et hoc est qd̄ dicebat ꝯñter Gal.in eis vō que usq̄ ad miringā puenīūt siqdē fuerit sola ruptura ⁊ scissura:⁊ nō cassatura ꝑdictis rasorijs utēdū.Et hoc quātum ad illa que sunt in bregmate.i.in supiori pte.In illis vō que sunt in latere nō multū curauit de instr̄is:nisi ꝙ suerenꝛ ⁊ cum tētis mūdificarenꝛ. Et hoc in fine capituli narrauit in duobus exēplis.Uidi deniq̄ bregmatis quidem os fractū:ꝙ vō est deinceps os uocatū tēporis ubi squamiformes imissiones eē accidit usq̄ ad multū maximā hñs scissurā q̄ꝫ nos oino nō tāgētes:sed solū abscindētes ea que bregmatis curauimus hoiem ut adhuc viuat ab annis multis.Si vō his qui bregmatis reliquerimus ita putrefieret utiq̄ cito supposita erat mirinx anteq̄ꝫ porosareꝛ fractura.Gal.dat cām utriusq̄ cure.Nam si nullus ex patiētib⁹ ycor intus flueret supfluū esset abscindere os mō:q: in tpe qd̄ est in latere ex patientibus ycor nō descēdebat:⁊ si descēdebat in loco habili erat ad expurgādū:ꝓpter hoc nō erat necessariū cum instr̄is abscindere.Sed in bregmate:q: nō erat in loco habili ad expurgādū ycores:imo potius ad retinēdū:pro tāto fuit necessariū ampliare:⁊ cū lichinijs ⁊ alijs auxilijs opportunis ycorē ꝓhibere ⁊ gñatū extrahē ⁊ deficcare. ¶ In alio vō exēplo eodē mō fecit.q: dubitabat ꝙ moueret cerebrū ꝓpter duritiē ossis tēporis : ⁊ per foramē:si ipsum faceret exiret cerebrū.Et cum hoc q: per latera exeunt multe explantationes neruoꝝ nobilium.

¶ De vulnere cum cōtusione ⁊ parua fractura ossis.

Si huiusmodi fractura est cū squirlis pūgētibus cuꝫ lēticulari ⁊ alijs instr̄is applanabunꝛ:⁊ postea supposita ꝑma remutatione in documētis supius dicta petia pāni delicati : aut sindonis mollis infusa in melle ⁊ oleo roŝ.desup apponaꝛ ipsam aliqualr̄ cū cauda ꝓbe iter os ⁊ durā matrem imponēdo ut defendat ꝙ suo motu pāniculi nō ledātur in osse.Et desup lichinia delicata infusa saltim ꝑmo cuꝫ eadē mixtura.Et supra ipsam ⁊ ip̄m os petiā pāni etiaꝫ infusam:ut inhibeat ꝙ sanies iferius nō descēdat.Antiqui tñ ponebāt petiā vntus ciphi ⁊ erat truffa:q: assistentes qui nō erāt in scd̄a remutatione credebāt ꝙ ibidē loco ossis depditi remaneret:⁊ desup in vulnere carnis ponanꝛ alij lichinij sicci uel petia spōgie ut imbibat sanieꝫ. Et desup empl̄m capitale pforatiuū ut nō icludat sanieꝫ ⁊ ultimo stupatas balneatas in vino calido ⁊ expressas: ⁊ vnā nō ifusam:⁊ ligeꝛ ita delicate ꝙ ligatura retineat: ⁊ nō comp̄mat.Et qñ erit bñ mūdificatū remoueaꝛ pannus ꝑmus:⁊ ponaꝛ puluis capitalis:⁊ cōtinueꝛ ad incarnādū:⁊ ultimo qñ erit icarnatū puluē cicatriçatiuo claudaꝛ ⁊ ꝯsolideꝛ:⁊ in ista opatione satis laudo Henricū.

¶ De vulnere cū cōtusione absq̄ fractura cranei.

Est cōsiliū Auic.ꝙ mā refreneꝛ a ꝑncipio cuꝫ cōi remutatione de albumine oui. Et si vis addere oleū roŝ.q: mitigatiuū bonū est . Post vō resoluaꝛ mā cū vino salito:⁊ melle:aut cuꝫ aliquo ex dictis in capl̄o de cōtusione in sermone cōmuni.Et si fiat sanies matureꝛ ⁊ apiatur:ut alie exiture.

¶ De vulnere cum cōtusione ⁊ parua fractura.

Est cōsiliū Gal.ꝙ si fractura est pua ꝙ curetur ut ꝑfata ꝯtusio:eo q: Gal.nō faciendo mētionē de d:la:quā uocauit solū sedē eoꝝ que pcusserūt:tacēdo etiā de cura uoluit affirmare ꝙ curareꝛ ut alia.Tota cura stat ꝙ talr̄ resoluaꝛ ut saniē saltim notabilē nō faciat.¶ Aui.vō in 3° cañ.de soda a pcussione ⁊ regimine ei⁹ cui accidit cōmotio cerebri.dicit ꝙ opꝫ ut sit tota tua intētio in hoc casu ut dolorē sedes quātū potes: ⁊ elōges mām a loco leso ut nō aposteme꞉. Et hoc cum euacuatione ⁊ attractione ad ꝯriū cū flōmia ⁊ clisteribus acutis ⁊ pill̄is cochijs:ēt emplastreꝛ locus in ꝑncipio cū eo qd̄ cōfortat:sicut sunt emplastra que fiūt ex aq̄ mirti ⁊ salicis vge pastoris uel ex oleis mirtino ⁊ liliaceo ⁊ rosaceo.Et ex pul.roŝ.balaustiaꝝ cipssi calami aromatici lētiū camomille mellilotí boli armeni aluminis mirre olibani atq̄ citonijs cōfectis cū vino.Et dare in potu sticados cū aq̄ aut melle.Ipsi enim cū eo liberantur:ut dicit. ¶ Et cū egredieꝛ pp pcussionē sāguinis ex cerebro opꝫ ut patiētē potes cū cerebellis gallinarū assatis cū aq̄ granatoꝝ. Et Theodoricus ad h̄ facit empl̄m cū baccis lauri cimio aniso sale mastice thure atq̄ cribratura furfuris coctis cuꝫ vino qd̄ mihi placet in fine. Et in ista fractura potiones pñt administrari ꝯueniētes:q: tanq̄ꝫ per se parue aut cū modico auxilio adiuta natura potes eas rectificare.

¶ De cōtusione cū fractura magna.

Si fractura est magna necessario est euduꝫ ad cyrurgiā ⁊ dilatationem fracturarū:qd̄ ꝓbauit Gal.in 6°.⁊ Aui.in 4° per tres rōes. ¶ Illud opꝫ fieri per apturā:qd̄ nō pōt fieri per ligaturaꝫ. Sꝫ ꝓhibitio apatis ⁊ descēsus māei:que est ꝑncipalis itētio in oib⁹ fracturis ꝯquassatis nō pōt fieri in capite p ligaturā:q: ieptū est pp formā ut ibidē deduciꝛ.ergo ⁊c̄. ¶ Preterea qd̄ min⁹ videꝛ ieē ⁊ iest:⁊ id qd̄ magis:sed min⁹ videꝛ ꝙ in brachijs:⁊ in alijs ossib⁹ eēt nec̄iū apire ⁊ extrahē ycores q̄ꝫ in capite:⁊ tamen est necesse aliquotiēs:ergo plus est in capite necessariuꝫ ꝓpter cerebrum. ¶ Amplius si eēt aliq̄ excusatio hoc eēt p medicinas.Sꝫ ille nō ualēt sine ligatura:ut dicit:⁊ est uerbum notabile Necessariū est ergo in magnis cōtusionibus denudare ⁊ dilatare aliquā ptē fracture:ut possimus abstergere ⁊ leuare a miringa ycores.Nō audianꝛ ergo uerba illorū Theodoricoꝝ ⁊ Januēsiū qui se iactāt oēm fracturā capitis cum suis pigmētis ⁊ potionibus absq̄ cyrurgia ⁊ eleuatione ossiū curare:q: lꝫ de paruis est possibile ut dixi: de magnis tñ nunq̄ꝫ vidi:neq̄ ratio Cōciliatoris ualet: ꝙ fortes medicine eleuare ⁊ extrahere possunt a ꝓfūdo. Nam tales suspecte sunt ꝓpter enim nimiam fortitudinem specialiter in dispositis:qd̄ utplurimū sunt corpora nostra:ut supra 4m Aui.dicit Dinus:pñt adducere apostema. Nec illa Hērici ꝙ ipsi possunt curare omnia vulnera absq̄ notabili sanie:quia in magnis contusionibus saniem notabilem oportet aduenire terrapen.4°. Neq̄

q̄ allegāt de nā potētī:hic enim de pua intelligit mā:gs in magna opꝫ ꝯtra apire ut in empimate sub q̄rta costa: sicut infra dicet.ꝛ magis miror qñ dicūt q̄ ultra q̄rtā dié nō ualet potio eoꝝ credebā q̄ plus ualeret post:eo quia vulnus de fluxu ꝛ dolore ꝛ apate est securatū. Neqꝫ dicūt qd eēt faciēdū:si potio nō ualeret:credo q̄ faceret ut de malo nauta dicit 5° terrapē.qui pp negligētiā pdens nauē:deinde dās tabulā cuilibet nauigatoꝝ ut per eaꝫ si possit adipiscat salutē. ¶ Necessario igit eūdū est ad cyrurgiā cranei fracturarū:quā Gal.sub quodā epilogo i 6° terrapē.sic ponit. Si vō cū q̄ssatione aliq̄ sup.magna fuerit abscindē opꝫ qd cōquassatū est uel per terebella i circuitu pmo pforādo:deide ita utēdo abscissorijs uel ptortellos mox a pncipio. ¶ Uerū qꝛ breues pmones in practicis nō sufficiūt cōmētādo epilogū Gal.faciaꝫ duo. ¶ Primo pmittā octo documenta ualde necessaria ad opationē istam:deinde ponā opationē cōcordatam per Gal.Haliabatem Paulum ꝛ Auicēnam.

¶ Primum documentum est q̄ non exerceatur operatio in eo in quo virtus est debilis:qꝛ pm Gal.2° afforismorum ubi est indigentia non oportet laborare.

¶ Scōm q̄ añ oia pmittat ꝛ ptestet de piculo ut hō euitet sermones stolidoꝝ.in 4° cañ.Aui.

¶ Tertium ut in opatione fugiat cōmissuras quātum poterit:timēdum enim eēt de casu ꝛ lesione dure matris ut in anothomia fuit dictum.

¶ Quartū q̄ caueat de plenilunio:qꝛ in eo cerebrū augm̄tat:ꝛ ad craneū appropinquat in 3° de creticis diebus.

¶ Quintū q̄ dilatatio fiat magis in loco decliuiori:qꝛ talis est aptior ad expurgādum.terrapē.13°.

¶ Sextū q̄ in dilatādo nō ꝯseq̄tur finis fissuraruꝫ sufficit eni pꝫ.G.auferre tātū de osse q̄ sanies possit expurgari.

¶ Septimum q̄ si os qd debet extrahi repugnat extractioni:cum oleo ros.infundat ad hoc.ut taliter mundificetur qd indolorose extrahat.

¶ Octauū q̄ citi° q̄ꝫ poterit expedias te de opatione maxime in compssione ꝛ pūctione pāniculoꝝ:qꝛ ad ista citissime ꝯsequunt apostema ꝛ accñtia mala:neqꝫ in descēsu māei de supius speres alias expectes in estate dieꝫ septimā. Neqꝫ in hyeme q̄rtā:qꝛ post suspicat in panniculis esse facta talis impssio q̄ opatio non ualeret.

¶ Coñter opationē ꝯcordatā per Aui.iuenio in 4° q̄liter ingt sit curatio nos dicem° in hoc illud qd dixerūt pmi. Jngunt:opꝫ ut radat in pmis caput vulneratū. Et fiant in eo due fissure secātes se pm figurā crucis:aut pm figurā cifre de.7.ut dicit Lāfrācus:ꝛ opꝫ q̄ vna earum sit sectio pcussionis:deinde opꝫ ut excorient anguli ꝛ discooplat os totū quassatū in quo dꝫ fieri cōcauatio. Qd si accidit inde fluxus sanguis opꝫ ut ipleat vulnus cū pānis ifusis in aq̄ ꝛ aceto:aut cū albumine oui. Et si nō accidit fluxus ipleat pāno sicco tenui:deinde pone sup ipꝫ puluillos in vino ꝛ oleo ifusos:ꝛ administra ligamētum qd ꝯuenit ad illd:ita ut cū fuerit mane si nō acciderit aliqd ex accñtib° malis tūc incipias cauare os fractū. Et illud est:qm̄ opꝫ ut tu facias sedere ifirmū q̄ pm cōuenit:deinde oppila aures ei° cū lana:aut cū cotone ut nō ledat ex uoce pcussionis:ꝛ solue ligamētū vulneris:ꝛ aufer pannū ex eo:ꝛ absterge ipm. Deinde pcipe duob° ministris ut teneāt cū pānis subtilib° angulos excoriatos:ut si pūgant cū filo poterit hoc facē vnus.ꝛ tūc si os fuerit debile:ꝛ parū se teneat sepa ipm cū incisorijs ꝛ lēticulari:ꝛ si est necesse pcutē cū malleo fiat cū facilitate. Si auteꝫ os fuerit forte opꝫ ut pforet cū trapanis foraminib° multis vnū ppe aliud ad quātitatē taste pm q̄ uolueris expellē de osse:postea cū incisorijs sepa cū vno foramine ad aliud foramē quousqꝫ fuerit sepatū os. Et tūc ipm cū eleuatorio eleua:ꝛ ipm cū digitis:aut puis tenaculis extrahe. Post vō cū lenticulari ꝛ malleo omnes squirlas ꝛ aspiritates applana ꝛ vulnus carnis.ꝛ ossis curētur:ut fuit dictum de fractura cum ossis deperditione.

¶ De correctione accidentium.

Si occurreret apostema qd utplurimum euenit pp compssionē ꝛ pūcturā ossis ꝛ tētarū ꝛ ligamētoꝝ:aut pp frigus:aut pp malū regimē:tūc festina ad eleuationē ꝛ sepationē causarū. Et subtrahe mām cū flōmia ꝛ alijs euacuationib° ꝛ mitiga locū cū oleo ros.calido:aut cū aq̄ ca'a decoctiōis altee fenugreci seminis lini camomille ꝛ silium:ꝛ empl'm de maluis:ꝛ hoc multū laudat. ¶ Si aūt nigredo acciderit in miringis ex nā medicaminū abstergat ꝛ mūdificet cū melle ꝛ oleo ros. Qꝫ si acciderit ex seipso:ꝛ peruenerit ad oculū cū signis alijs malis:tūc opꝫ/ut dictuꝫ est q̄ nō cōfidas de salute ifirmi. Nā illa nigredo significat pm q̄ dicit Paulus caloris nālis destructionē. De carne supflua ꝛ alijs accidētibus dictū est in sermone cōi.

¶ De medicinis capitalibus fit sermo.

Medicine vulneris capitis i pncipio quousqꝫ ab apate fuerit secur° debēt eē mitigatiue q̄lis est mixtura triū ptiuꝫ olei ros.ꝛ vna mellis. Et m̄ senex 6° terrap.oximel apponebat. Et si dolor nō ifestabat ad meli° mūdificādū debēt eē ecōuerso tres ptes mellis vna olei ros. ¶ Postq̄ꝫ aūt fuerit securus ab apate dꝫ eē medicina desiccatiua sine mordicatione q̄lis est puluis capitalis qui fit pm Gal.de yreos ilirica orobi farina māna que est thus minutū:aristol.corticis radicis papaueris. Brun° vō addit mirrā/sarcocollā/ꝛ sang.dra. Lāfrācus vō ꝛ Guilelm° mirtillos ꝛ nucis cipressi.

¶ Empl'm capitale de bethonica qd ponit desup pꝫ Hēricū sic fit. ℞.succi bethonice/succi plātaginis/succi apij colatoꝝ.añ.lb.j.resine cere noue.añ.q̄rtā.j.terbētine lb.j.coquant pmo usqꝫ ad succoꝝ cōsumptionē.ultimo addat terbētina:ꝛ fiat empl'm. ¶ Empl'm de cētaurea quo ego libēter utor in vulneribus capitis sic fit. ℞.cētauree mi.M.vj.tēperent per vnā noctē in vino albo:deinde coquant ad ꝯsūptionē medietatis:deinde colent ꝛ colatura bulliat usqꝫ ad spissitudinē mellis de quo recipias ℥.iij.lactis mulieris.℥.ij.terbētine.lb.j.cere noue.q̄rtaꝫ j.resine.q̄rtam mediam.thuris/masticis/gūmi arab.añ.℥.j.fiat empl'm. ¶ Potio ad vulnera que in capite dicta est in istius capituli documentis.

¶ De instrumētis cum quibus fit opatio.

Instrumenta capitalia sunt sex ꝛ debēt esse de q̄libet forma tria:mai° minus ꝛ mediū. Primo sunt trapana que sunt ad faciendū foramina pro ossis eleuatione ꝛ sunt diuersoꝝ modoꝝ. Gal.facit ea ad modū terebelli cum quadā circūuolutione eminēte parū supra eā:que in terebello acutā extremitatē:ut pforādo nō cadat supra duram matrem.

¶ Parisieñ.ad euitādā multitudinē formarū que debent eē pm spissitudinē ossis loco illi° eminētie faciūt trapana forata sup acuitatē:ꝛ cū vna cauilla mutādo per foramina adaptāt ea ad spissitudinē ossis:ut hic apparet.

¶ Bonoñ.ea faciūt ad modū lācee qꝛ ps acuta pōt itrare ꝛ lata phibet ut cōtra uolūtatē itus non cadat ut hic.

¶ Duo sunt separatoria ad separādum de vno foramine ad aliud ꝛ sunt duarū formarū.pma gallicana ut hic. Secunda Bononiensium ut hic.

¶ Et de eius cauda potest fieri eleuatorium.

¶ 3° autem sunt eleuatoria ad eleuādum os trapanatum ꝛ separatum:ut hic.

¶ Quarto sunt rugina ad ampliandum fissuras:ꝛ sunt ad modum rugine fuscariorum ut hic.

¶ Quinto sunt lenticularia:ꝛ est instrumētum multū laudatum a Gal.qꝛ multum applanat ꝛ separat asperitates separādas cum securitate:ppter eminētiam lenticularē quam habet in capite. Et est in forma scindipēnium cuꝫ lenticula in acuitate sua ut hic.

¶ Sexto est malleum ad percutiendum retro lenticulare

z debet esse de plumbo ut in parua quãtitate magis põderet z sonet magis obtuse:ut hic.

¶ De vulneribus faciei z partium eius. Cap. II.

Ulnera faciei ultra intentiones cões q̃tũ ad ei⁹ totalitatẽ nihil hñt pprĩũ:nisi q̧ q: est mẽbrũ decoris/z honoris: ita caute tractenf q̧ vniones z cicatrices nõ fiãt turpes. Et ideo ubi erit possibile suere eũ cũ petijs pãnorũ ut dictũ est fiat.ubi aũt nõ erit possibile z fuerit pars carnosa fixa non mobilis sufficiẽter suaf cum filo sutura separatoꝝ pũctoꝝ.ubi vo fuerit pars mobilis suaf cum acubus inuolutis remanẽtibus in loco. Si autem pars fuerit sicca suaf sutura pellipariorꝝ. Et ubi erit possibile ligare ligatura incarnãte fiat. Albu.aũt nasum aures z labia dum sunt sanguinolẽta z recẽtia:aut renouata cum scarpello aut rasorio suere p̃cepit sutura que dicef in uentre ¶ Uerũ q: facies quodãmõ pticipat cũ capite in rotũditate z figura sperica deficiat ab illa ligatura. Et cũ h accubit⁹ eã relaxat necessariũ est eã mediare appropinquando meli⁹ qd erit possibile ad icarnatiuã. Et pp hoc est cõsiliũ oium opantiũ q̧ vulnerati in facie hẽant in capite coffam seu capellinã de pãno lineo forẽ bñ z firmiter ligatã cũ capite in qua oẽs ligature ꝯsuanf. Etiã est necũ q: facies est plurimarũ puarũ pticularũ : q̧ loco stupatarũ aliqñ ponanf pãni duplicati aut triplicati:ut meli⁹ applicenf z leui⁹ remoueanf. Quãtũ ad suas aũt pticulas habet pprĩũ.

¶ Primo de vulneribus oculorũ.

Uulnera oculoꝝ sunt timorosa:pp ipm visum: z pp eoꝝ ppinqtatẽ ad cerebrũ : imo vidi multotiẽs:qd ẽt attestaf Bñuenut⁹ pp vulnera circũstãtiarũ oculi seq oppilõnẽ neruoꝝ opticoꝝ z catharactas. qd ergo dicã qñ fuerit in suba oculi: certũ est:q̧ si effundãtur humores seqtur destructio oculi:z ipsius act⁹. Et si Gal.in 4° de egritudine z sinthomate vidit illum puerũ pũctũ grafio ex quo effusa fuit ꝯfestim aquosa humiditas:curatũ.hoc fuit de raro cõtingẽtib⁹. Et potuit esse s̃m nãm. Nõ obstãte q̧ Rabbi moyses:q̃si deridẽdo G.dicit q̧ fuit de mirabilib⁹ ipsius. ptes enim spmatice in pueris quotidie regñantur ut videtis. ¶ Cura est s̃z Jesum phibere mãz ne fluat ad oculũ. Et si sanguis nõ exiuerit collirizef cũ thucia z modica cãphora. Si autẽ sanguis exiuerit cũ sedeng curef:q: ad hoc multam habet virtutẽ z pone sup oculũ albumẽ oui:z ligef cum instita firmiter. Bñuenutus in hoc casu sũme laudat germina ouoꝝ agitata z ducta in mortario in forma vnguẽti Et uocat hanc medicinam virtutem a deo datam.

¶ De intrantibus in oculo.

Si aũt aliqd itrauerit in oculo z vulneret z doloret:z offendat eũ. Qd sit uelut firmus puluis lapillus/aut palea siue arista p̃cepit Jesus distillare i oculo lac mulieris uel aquã dulcẽ pluries:q: mundificat eũ z extrahit oẽ qd in eo cadit:z si nõ recedit reuersa palpebras:z si vides hoc inuolue stillũ aut digitũ cũ panno suaui lineo z absterge illud.z si nimis se teneat cũ picicareolis remoueatur. Et distilla in oculo lac mulieris puellam nutrientis.

¶ Ad tarsen z sanguinem qui infra oculum euenit ppter vulnera z percussiones:

Laudat Jesus instillationẽ lactis puelle z albuminis oui z sanguinis colũbini qui est sub ala. ¶ Et emplãre oculũ cũ medulla panis in vino ĩfusa est optimum. ¶ Et si nõ dissoluaf distilla in oculo aquã ameos z salis gẽme:z fomẽta oculũ cũ aq̃ decoctionis ordei z ysopi sicce. ¶ Et si nõ recedit accipe claraz aquã in qua steterit arsenicũ pulueriçatũ z pyce in oculo. ¶ Et ex his que pficiũt tarse est fief. Q.℞.sedeng. abluti.ʒ.iij.eris usti.ʒ.ij.coralli margaritarũ nõ pforataꝝ añ.ʒ.ß.gũmi ara.dragagãti.añ.ʒ.ij.z.ß.pipis gña.xxxij. cerufe lote.ʒ.j.arsenici rub.san.dra.croci catabie.añ.ʒ.ß. fiãt sief cũ sanguine gallinarũ:z utanf cũ lacte puelle.

¶ De vulneribus palpebrarum.

Precipitur q̧ suanf cũ acub⁹ curuatis:z si fieret sutura cũ cauillis:pp motum palpebrarũ magis eẽt tuta spãliter qñ area piloꝝ est icisa:rãte enim cartilaginositatis est q̧ difficulter vnitur. z post cum pulueribus/z pãnis bñ sustinẽtibus artificialr z ingeniose ligef.

¶ De vulneribus nasi.

Nasus quãdoq̧ vulneraf:qñq̧ frãgif qñq̧ atterif z q̃ssatur. Hic aũt ppe agef de vulnerib⁹ z icisionib⁹:q: plurimũ accidũt q̧ reliq:gra tñ doctrinis dicef z de alijs:ut de capite fuit dictũ. Nasus qñq̧ abscindif ex toto:qñq̧ nõ : sed adheret:z tenet se cũ carne labioꝝ. Si nasus ex toto ceciderit ampli⁹ nõ põt reuniri. vnitio eni in organicis est impossibilis in 3° tegni. Et cã in iudicijs ulibus fuit dicta. Quicqd dicãt garrulatores. Si aũt ex toto nõ fuerit icisus si sanguinolẽtũ est:aut si nõ qd scarificãdo renouef vuln⁹ suaf caute z decẽter:eo mõ quo dictũ est sup⁹ de sutura cũ filo faciẽdo tot pũcta quot erũt necĩa. Et si ac⁹ recte nõ pñt bñ ad suturã adaptari calefaciẽdo eas i igne curuenf z iponanf in narib⁹ due tente rotũde de stupis aut cãnulate de pẽnis anseris ut aer z sanies sua possint hẽre spiramia. Et post ponaf puluis z applicenf plumaceoli de pãno decẽter facti vnũ in quolibet latere:z aliũ desup qui comphẽdat totũ balneati in p̃ma p̃paratione cũ albumine oui:cũ vino albo calido. Et qñ erit necesse curef cum emplo uel vnguẽto incarnatiuo z ꝯsolidatiuo z ligetur ingeniose.

¶ Ligatura nasi.

le aggregētur z linianf. Et ɔsulit q̄ añ linitionē fomētef
mēbrū cū aq̄ cal'a z dimittanf medicine per decē horas.
¶ In mā aūt mixta opz miscē medicamia. Et lz pdicta
possent misceri sm ɔiecturā. Nihilominᵘˢ assumo ad re-
soluēdū hic mālia aliq̄ electa p doctores. ¶ Prio Raf.
in diuisionibᵘˢ iubet accipe micā panis siliginis z vitella
ouor atq̄ crocū ɔfectū cū lacte z sapa. ¶ 2ᵒ Auēçoar. ℞
farine ordei lb. j. cineris nucū cipssi q̄rtā. j. ɔficianf cum
oleo z aq̄. ¶ 3ᵒ albu. 23. pte antidota. ℞. farine fenugre
ci se. lini aneti camomille. añ. ʒ. x. bdelij storacis liq̄de ar
moniaci galbani. añ. ʒ. v. olei de lilio qᵈ sufficit dissolu-
tis gūmis cū aceto. fiat emplm. ¶ Itē Aui. ℞. farine fe-
nugreci lb. j. coquaf cuz oximelle: z fiat emplm. ¶ Itē
urina cocta cū sale ponif a vulgo. ¶ Itē succᵘˢ ebuli ispis
satᵘˢ cū oleo ro. ponif in regimie papali. ¶ Ad eandē itē
tionē dictauerūt experimentatores gñosi vnguētū de li
macijs de spētibᵘˢ de ranis tartucis de vulpe uespilioni
bᵘˢ z ɔsilibᵘˢ. Et fiūt simplr coquēdo ea cū aq̄ salita z con
gregaf pinguedo aut ponēdo cū sale in olla pforata cuz
alia itegra de subtᵘˢ z sepeliēdo in fimo: z qᵈ distillaf ser-
uef. ¶ Cōposite aūt fiūt. pmo eni. G. in fine cathagenor
ponit vnguētū de ranis z tartucis. ℞. olei radicis cucume
ris agrestis lb. ij. olei maiorane z alcāne cere terbētine
galbani medulle ossiū cerui añ. q̄rta. j. ranar. iij. nūo. san
guis testudinū. ij. nūo. balsami. ʒ. ij. coquēdo ranas z san
guinē testudinū cū oleis colenf: z tūc reliq̄ misceāf: z fiat
vnguētū: est eni ualde pciosuz. ¶ Unguētū de vulpe sz
hebē mef. ℞. vulpē itegrā iteriotibᵘˢ euulsis: z coque in
uase terreo cū aq̄ salita vino z oleo adiūctis saluia rore
mario iunipo aneto origano z maiorana usq̄ ad aque z
vini ɔsumptionē: z q̄ vulpis sit ita cocta q̄ caro ab ossi-
bᵘˢ sepef: z postea i torculari exp̄maf z colef. z fiat vngᵐ.

¶ Unguētū de uespiliōibᵘˢ sm Raf. ℞. uespilionū septē
nūo pone in caldario z coopi cū aqua pluuiali z coque
usq̄ ad medietatē: postea cola: z pone tātūdez olei rof. z
supiora salicis: z coque usq̄ ad ɔsumptionē aq̄ z cola: z
fiat vnguētū. Halia. aūt de istis faciebat balneū z in deco
ctiōe addebat rapas porros z cepas erucā caules fenicu-
lū z apiū. Et ide ē q̄ ego de pcepto ysaac facio eos laua

re cũ brodio rapaꝝ. ¶ Unguẽtũ de ansere a Thadeo bonoñ. ℞. anserẽ pinguẽ deplumatã ꝛ mũdatã ab iteriorib9: ꝛ farciat cũ carnib9 gatorũ pinguiũ salatis cũ sale cõi ꝛ sale nitro sale armenico: ꝛ sale gẽma atq3 alumie. añ. ℥. j. ꝛ addat euforbij asse fetide castorei. añ. ℥. ß. ꝛ ad lentuз ignẽ asset ꝛ qð distillauerit retineat. ꝛ fiat vnguentũ. In farsimento istiꝰ anseris posset poni yna artetica pes colũbinꝰ pes coruinꝰ hermodactili. Theodoricꝰ ẽt addit pitariã ruthã marubiũ radicẽ cucumeris agrestis folia hedẽ ꝛ gũmã eiꝰ: ꝛ tũc distillatio eiꝰ est magis p̃ciosa i mã frida ꝛ antiq̃ta. ¶ Emplꝫ de formicis ꝓbatũ per Raß. in materijs calis maxie. ℞. terre formicaꝝ cũ ouis ꝛ totũ. ℥ iij. farine ordei ꝛ fabaꝝ. añ. ℥. j. roß. ℥. ß. malue mãdragore. añ. ʒ. vj. coque maluas ꝛ mãdragorã in tribꝰ lb. aque usq3 ad medietatẽ: ꝛ cola ꝛ ꝯfice reliq̃s medicias in mortario pulueriçatas addẽdo tria albumia ouoꝝ: ꝛ duo vitella ꝛ utere. ¶ In sciatica aũt cõpetũt oia dicta: dũtaxat ꝙ fortificent cũ sinapi ꝛ oleo ipiꝰ ꝛ fermẽto ꝛ silibꝰ que a ꝓfundo mãз exhũt: ꝛ ad istã itẽtionẽ fiũt uẽtose rubificatiões ꝛ uesicatiões cũ alleis ꝛ cãtaridibꝰ ꝛ plãta lupina ꝛ marubio cilio. Et cauteria potẽtialia: ꝛ ẽt actualia pũctalia oliuaria ꝛ circularia circũcirca iũcturã: ꝛ i medio ipiꝰ ut docet Albu. ꝛ dicet ifra. Et fluẽ ꝑmittunt per. 40. dies q est terminꝰ arteticarũ ut dicũt q̃tuor magri cũ tẽtis ꝛ folijs cauliũ edere usqueq̃ fit curatꝰ: ꝛ sic ꝑficit 3ª itẽtio.

¶ Sed 4ª intẽtio que erat accidẽtiũ correctio cõplet ꝺm ꝙ sunt accñtia potissime duo: dolor videlicet ꝛ durities.

¶ De dolore iuncturarũ.

Dolor autẽ in gutta sedat dupliciter: ueridice cum euaporatiuis supius dictis: ꝛ palliatiue cuз narcoticis. Et q2 difficile est sigillatiз cũ istis in tali dolore opari pro tãto est tutiꝰ miscere, ambo. Et ad h̄ eligãtur q̃tuor auxilia. ¶ Primũ est Raß. ꝛ Auic. ꝛ eũ acceperũt in meamir a Gal. ℞. micã panis albissimi ꝛ misce eã in lacte uaccino donec fiat sicut vnguẽtũ: ꝛ pone decimam ptẽ opij ꝛ croci q̃rtã ptez ipiꝰ opij ꝛ ꝯficiẽdo fiat sicut linimẽtũ. apponat ꝛ sepe remutet. ¶ Ad idẽ recipe ceroti roß. lb. j. opij croci. añ. ʒ. ij. misceant ꝛ applicẽtur. ¶ Ad idẽ ponit Lãfrãcꝰ amidũ ꝛ cãphorã cõfectos cũ aq̃ roß. ¶ In regimine illo papali. ℞. capitũ papaueris al. cũ seminibꝰ ꝛ corticibꝰ suis. ꝛ ordei mundati. añ. partẽ. j. seminis iusquiami par. iij. illiꝰ bulliant in lb. j. aque usq3 ad cõsumptionẽ medietatis: deinde colent ꝛ in colatura addat mucillaginis psilij fenugreci se. lini extracti cũ aceto q̃ztũ est de colatura olei roß. cũ albuminibꝰ ouorũ quãtũ est medietas: ꝛ fiat linimẽtũ in quo infundat pãnus lineus ꝛ frigidũ applicet: ꝛ q̃zcito calefit renouetur.

¶ Ampliꝰ ꝺm intẽtionem Hypp. ꝛ Gal. 6° affoꝝ. aq̃ frida multa infusa sup articulos dolorẽ ipsoꝝ soluit obtũdẽdo sensuз: torpor eni mediocris dolorẽ sedat ut dicit textus.

¶ De duritie iuncturarũ.

Durities iũcturarũ ꝯñs arteticas que lз rarissime curet iuxta illud ouidij. Soluere nodosaз neqt medicia podagrã. Nihilominꝰ emẽdat cũ medicis mollitiuis ꝛ resolutiuis domesticis ꝛ caute: iuxta doctrinã datã in capº de sephyros ꝛ sclirosi ꝛ infra in antidotario dicẽdã. Et ẽt Raß. in de iuncturis ubi ponit modũ de euaporatiõe cũ marcasita ignita in aceto extincta dictat ad h̄ in spãli istud emplm. ℞. armoniaci opoponacis galbani bdelij sulfuris nitri sinapis piretri. añ. ptẽ. j. litargiri q̃ztũ de oibꝰ. coquat litargirũ cũ oleo: ꝛ gũme dissoluãtur cũ aceto ꝛ bulliant. ꝛ fiat emplm ꝛ supponat loco ꝑus cũ aliquo mollificatiuo. ¶ Ad quã intẽtionẽ ꝛ ad spasmũ dictat tale vnguentũ. ℞. bdelij cũ aceto ꝛ modico de rob ꝛ de melle dissoluti. ʒ. 30. olibani opoponacis armoniaci mirre. añ. ʒ. j. ꝛ. ß. olei camomille. ℥. iij. olei antiq pinguedis galline anseris agle uel anguille. añ. ℥. j. pinguedis vituli. ℥. ij. cõfice. ꝛ fiat vnguẽtũ.

¶ Ad eãdẽ ẽt itẽtionẽ ualet dyaglon puũ ꝛ magnũ hebenmeß. quoꝝ forme dabunt ifra. ¶ Galienꝰ v̄o testat i. xº simpliciũ farmacoꝝ ꝙ caseꝰ antiqssimꝰ coctꝰ cuз iure tybie salite porci rũpẽdo cutẽ cũ virulẽtia extrahit lapides gipseos ꝛ mollificat duritiẽ iũcturarũ. ipse aũt ut dicit ꝓbauit in multis. Raß aũt h̄ recitando nasturtium addit.

¶ Durities aũt que cõsequit algebras: ꝛ alias solones iũcturaꝝ ꝛ neruosaꝝ pticulaꝝ ẽt ẽ difficilis curatiõis maxie qñ est desiccata ꝛ marasmata talr ꝙ fricãdo nõ rubescit. ut dic Raß. Et illa in q̃ nullus: aut puꝰ est sensus est tã suspecta. Et tẽpꝰ ad opandũ si meliorari oз reqrit longũ nihilominꝰ si ꝯsiderat in loco aliq̃ mã curet cũ icisiuis. ut dic Aui. ¶ Et de curatiõibꝰ bonis post mollificationẽ ẽ uaporatio cũ lapidibꝰ ignitis ꝛ extictis in aceto ꝛ resolo domestica cũ emplis ꝛ vnguẽtis dictis i caº de sclirosi: ad qð capꝫ pro talibꝰ dispõnibꝰ semp est recurrendũ.

¶ Si aũt nõ est ibi mã: aut ẽ pauca desiccata ꝓcedat ita. In ꝑmis embrocet pticula eã flectẽdo ꝛ extẽdẽdo diu cũ aq̃ mucillagiosa decoctiõis corticis radicis altee ꝛ radicis ulmi camomille melliloti fenugreci se. lini ꝛ silium. Aut cũ aq̃ decoctionis capitũ ꝛ pedũ mõtonũ: aut cũ musto: aut cũ sanguie calo alicuiꝰ aialis. ¶ Deide iungat iuxta ignẽ moderatũ cũ isto vnguẽto. ℞. dyaltee lb. ß. olei laurini: olei masticini: olei de lilio olei mustellini: olei de been: olei nucis idice. añ. q̃rtã. ß. assũgie strucij agle anguille marmotãe casonis anatis gallie assũgie asini medulle cruris vitli ꝛ cerui. añ. ℥. j. bdelij ysopi hũide storacis lig de añ. ℥. ß. piguedis testiculoꝝ castorei. ʒ. ij. cere qð sufficit. fiat vnguẽtũ. ¶ Deide applicet istð emplm. ℞. cere picis dyaglõ añ. q̃rtã. j. assũgie asini. q̃rtã. ß. laudani ysopi hũide galbani oppopõacis armoniaci bdelij storacis calamite masticis sarcocolle dissolutoꝝ cuз vino. añ. ℥. j. assũgie ursi strucij agle anguille fecis oli de lilio terbẽtine. añ. ℥. ß. farie fenugreci. ꝛ se. lini croci. añ. ʒ. ij. fiat emplm. ¶ Et gña dyaglonis sunt ad h̄ ꝓpitia: ꝛ aq̃ sanguinis hũani septies distillata est ad h̄ per alchimistas: ꝛ per Henricuз laudata: plura alia ifra in antidotario ponent. Et in hoc ligature ꝛ istra mecanica multuз auxiliant.

¶ De lepra. Cap. II.

l Epra est maximꝰ error v̄tutis assimiliatiue qua forma corrũpit in toto. ita hẽtur ex v̄bis Gal. quãtũ ad ꝑmã ptez in sexto. Et q̃ztũ ad 2ªᵐⁱ i pº de egritudie ꝛ sinthomate. Et itelligo errorẽ v̄tutis assimilatie imediate: q2 mediate p̃t eẽ cã error digestie ꝛ sãguifice i epate. Et iõ Aui. uocat errorẽ v̄tutis epis cãз efficiẽtẽ ãtigorẽ: qñ eni epar labit ad calitatẽ: ꝛ sic adurit sãguis ꝛ ꝑpat ipз ad meliã. Et talis sãguis qñ uẽit ad mẽbra 3ᵉ digõnis iueniẽs ea debilitata a mala cõplone frida ꝛ sicca itroducta a causis suis: ut stati dicet nõ põt eũ ꝯũtere ad colorẽ: neq3 ad carnẽ bonaз vniformẽ ꝛ rubeã ꝯũtit ad colorẽ ꝛ carnẽ g̃nulosaз nigrã ꝛ horridã. vñ i pº de v̄tutibꝰ nãlibꝰ assũat. Cũ v̄rꝰ digestia errat i disseminãdo cãtur ethica: qñ i vniẽdo ydropisis: qñ i assimilãdo lep̃. ¶ Est eni lep̃ morbꝰ ꝛ accñs ꝺз gordoniũ q sequẽdo Aui. ualde bñ tractauit istã mãз. Morbꝰ ꝯsilis officialis ꝛ cois. Morbꝰ ꝯsilis ẽ: q2 est mala cõplo frida ꝛ sicca eq̃lis ꝛ diũsa in pte ꝛ i toto. Officialis: q2 est corruptio figure q̃ est ꝓpa differẽtia ipiꝰ ut dicet. Cois q2 cũ sit a ꝑa ule soluit ꝯtinuũ ut a ꝑata alia pticularia. Et est accñs q2 peccata actio. ¶ Dr aũt lep̃ a lepore nasi: q2 i eo potiora ꝛ certiora appent signa ipiꝰ. Ul dr a lupo: q2 oia mẽbra ut lupꝰ deuorat. Corrũpit eni oia mẽbra ut lupꝰ cãcrosus ꝺз Halia. i 8º ꝺmõe ptis ꝑme libri dispõnis regalis. Et iõ ab Aui. dr cãcer cois toti corpi. ¶ Spẽs ꝛ differẽtie lepre potissime sumunt a mã ꝛ a sinthomate. Et lз ꝺm Halia. ubi sup: ꝛ forte ꝺm gal. nõ ponant nisi due spẽs a duabꝰ colis adustis malis. Nihilominꝰ cois schola nra assignat q̃tuor spẽs ꝺз ꝙ q̃tuor hũores pñt aduri: ꝛ i melia ꝯũti. Elefãtiã de melia: leoninã de cola. Thiriã de flate. Et allopitiã de sãguie: raro tñ iueniũt singlares

plurimū sunt cōposite ut alia apostemata. Et uocanf ita a ꝓprietatibꝰ talibus que in talibꝰ aialibus iueniunf.

Cause lepre sunt triplices p̄mitiue añcedētes ⁊ ꝯiūctiue. ℂ Cause p̄mitiue sūt corruptio aeris: ⁊ ꝯtactꝰ leprosoꝝ: malitia ciboꝝ: macula gñatiōis. Et ad iuuāt hec retētio supfluitatū melicaꝝ ut emorroydaꝝ mēstruoꝝ uariolaꝝ q̄rtanaꝝ ⁊ debilitas splenis ⁊ epatis cal'itas. ut dic̄ Aui. ℂ Cāe añtes sūt hūores dispositi ad urēdū: ⁊ in mel'iā ꝯuertēdū. Cā ꝯiūcta est mel'ia ipsa p totū. ℂ Propter qd̄ sciēdū ꝙ ut dcm̄ fuit de apātibꝰ mel'ia est dupˣ nālis ⁊ nō nālis: de nāli nō fit lep̄: s; de nō nāli: ⁊ nō de q̄cūq;: s; de illa q̄ facta est p adustionē. Ista aūt mel'ia ut dic̄ Aui. aut spgit per totū corpꝰ: aut ad ptē. Si ad totū corpꝰ ⁊ putrefit fac̄ febrē: si nō putrefit morphea in cute ⁊ leprā i carne. Si ad ptē gñanf cancer ⁊ ueruce ⁊ ꝯsil'ia ut i 6° de egritudie ⁊ sintho. inuif a. G. ℂ Signa ⁊ idicia

Intelligēdū est circa signa ⁊ idicia lep̄ ꝙ s̄m magr̄z Jordanū in mōtepessulano ipa lepra h̄ēt dispōnē ⁊ actū. ℂ Dispō seu p̄paratio lepre est ꝓprietas in corpe qua aliqs ualde est dispositꝰ ad leprā. Et tales ꝓprietates ꝓueniūt a causis p̄mitiuis: ⁊ coadiuuātibꝰ dictis. ℂ Actꝰ aūt lepre est nocumētū v̄tutis dicte qd̄ ex sparsione mel'ie per totū corpꝰ ꝓuenit. Et iste actꝰ d; h̄ēre q̄tuor tpa. ꝑncipiū. augmētū. statū. ⁊ declinatiōnē saltim ad mortē. ℂ Principiū est qñ nocumētū tāgit mēbra itriseca: ⁊ tūc apparēt signa debiliora: lepra eni icipit in iteriorib': deinde ꝓcedit ad exteriora. Deinde redit ad interiora. Et tunc cū uenenositate sua interficit. ℂ Augmētū est qñ appet in exteriorib': ⁊ tūc signa augmētantur: ⁊ plurificātur. ℂ Status est qñ mēbra icipiūt ulcerari: ⁊ tūc signa sunt manifesta. ℂ Declinatio quando mēbra cadunt: ⁊ tūc signa sunt popularia.

Signa aūt coia oium spērū lepre quedā significāt p̄parationē seu dispōnē: quedā ipsiꝰ actuz: p̄parationez seu dispōnē significāt fedus color morphea scabies: ⁊ supfluitates fetentes: ⁊ cause dispositiue dicte. ℂ Actū aūt significātia: quedā sunt vniuoca: quedā equoca: vniuoca dicunf que semp significāt leprā ⁊ sequūf eā uel itēse uel remisse. Et sunt sex oculoꝝ ⁊ auriū rotūditas: depilatio ⁊ grossities seu tuberositas supcilioꝝ dilatatio ⁊ tortura nariū ab extra cū iteriori strictura: labioꝝ fetiditas uox rauca: ac si cū naribꝰ loqueref fetor anhelitꝰ: ⁊ totiꝰ persone. Aspectus fixus ⁊ horribilis ad modū aialis saton. Vñ Gal'. in 2° de egritudine ⁊ sinthomate. Symaf enim nasus ⁊ labia grossa: ⁊ acute aures apparēt: ⁊ vniuersaliter similes satyris elefantinates. i. leprosantes fiunt. Satyris aūt uel saton in terra arabica est animalis horribilis aspectus in quo sunt signa iam dicta. ℂ Equiuoca dicuntur que cum h̄ ꝙ inueniūtur in lepra iueniunf in alijs egritudibꝰ: ⁊ ideo nō semp significāt lepraz. Et sunt. 16. Primū est durities ⁊ tuberositas carnis spāliter iūcturarū ⁊ extremoꝝ. 2^{m} est color morpheatꝰ ⁊ tenebrosus. 3^{m} est casus capilloꝝ ⁊ renascitio subtiliū. 4^{m} cōsumptio musculoꝝ p̄cipue policis. 5^{m} isensibilitas ⁊ stupor atq; grāpa extremoꝝ. 6^{m} scabies ⁊ ipetigines guttarosꝰ. ⁊ ulcerationes in corpe. 7^{m} est grana sub lingua sub palpebris: ⁊ retro aures. 8^{m} ardores ⁊ pūcture acuuz in corpe sensibilitas. 9^{m} cutis eoꝝ ad aerē ad modū anseris displumate crispitudo. x^{m} qñ ꝓijcif aq̄ sup ipsos videnf vnctuosi. xj^{m} raro febricitant. 12^{m} sunt astuti ⁊ dolosi furiosi: ⁊ nimis se igerere uolunt sup populū. 13^{m} h̄ñt somnia pōderosa ⁊ grauia. 14^{m} h̄ñt pulsuz debilē. 15^{m} h̄ñt nigrū sanguinē plūbeū ⁊ tenebrosuz cinerulētū arenosuz ⁊ trūbosum. 16^{m} habent urinas liuidas albas subtiles ⁊ cinerosas Cū istis aūt signis examinantur leprosi.

ℂ Circa tñ examē ⁊ iudiciū leprosoꝝ est multū aduertēdū q: maxima iniuria est sequestrare nō sequestrādos ⁊ dimittere leprosos cū populo. Nā morbus est ꝯtagiosus ⁊ ifectiuꝰ. Et ideo medicꝰ debens eos iudicare sepe debet eos aspicere ⁊ secū signa uoluere ⁊ reuoluere ⁊ vidē que signa sunt vniuoca: ⁊ que equiuoca: ⁊ ꝙ nō iudicet per vnū signū: s; per ꝯcursum multoꝝ spāl'r vniuocorum.

ℂ In p̄mis iuocādo dei auxiliū debet eos ꝯfortare ꝙ ista passio est saluatio aie: ⁊ ꝙ nō dubitent dicere v̄itatē: q: si reperirenf leprosi purgatoriū aie eēt: ⁊ si mūdus h̄ēt eos odio: nō tñ deꝰ: imo laçarū leprosuz plus dilexit q̄ alios. Si aūt nō repirenf tales stabūt in pace: deide faciat eos iurare ueritatē dicēdi de iterrogandis. Et tūc in p̄mis debet iterrogare de his que disponūt ad leprā. Si ipse h̄ēt aliqd ut si ipse est de genere leprosorū: aut si est ꝯuersatꝰ cum eis. Et si restricta sunt ei mēstrua uel emorroydes. Et si regimie mel'ico usi sunt. Et q̄les egritudines cōsueuerūt pati. deide ingrat cū notis ipsoꝝ: ⁊ cū ipsis de astutia ⁊ moribꝰ ipsoꝝ ⁊ somnijs: desiderijs ipoꝝ: ⁊ si sentiūt acuitatē ardorē ⁊ pūcturas in carne: deide tāgat pulsuz: deide faciat sibi facere flōmiā: ⁊ ꝯsideret substātiā ⁊ colorez sanguis si est niger ⁊ cineritiꝰ ⁊ lauet ip̄m: ⁊ sciat q̄lis erit illa caro que remanet in colatorio: si est arenosa granulosa ⁊ trūbosa: q: maximū signū est. Et si vult ꝓbare: i altera scutellari: si sal cito fundif. Et si acetuz ⁊ urina cito cōmiscenf. Et si per modū farine descēdit in plena pelui aq̄: pōt gr̄a solēnitatis facere. ℂ Hoc facto cōsideret aspectū suū: ⁊ dicat sibi ꝙ recedat: ⁊ de mane apportet urinā: ⁊ interim cogitet medicꝰ sup visis ⁊ videndis. Et de mane ipse ueniat in p̄ñtia medici: ⁊ tunc in p̄mis videat urinā ⁊ cōsidēt si significabit aliqd de dispōne lepre. Si est alba subtilis cinerosa: q: tales sunt urine leprosoruz. Deide ꝯsideret faciē suā. Supcilia si sint depilata: si sunt iflata ⁊ tuberosa: oculos si rotūdos spāliter v̄sus domesticā ptē: si eoruz alba sunt tenebrosa. De naso si est tortꝰ grossus ulceratꝰ intꝰ. De auribꝰ si rotundanf ⁊ curtanf De uoce si loqtur rauce ⁊ cū naribꝰ. De labijs ⁊ lingua si sanguinanf ⁊ ulcerātur: ⁊ si h̄ēt grana. Si anhelitus sit difficilis ⁊ fetidus. Et si eiꝰ forma sit diuersa ⁊ horribilis ⁊ ꝯsideret bñ ista: q: signa faciei sunt certiora. ℂ Deide faciat ip̄m expoliare ⁊ cōsideret in p̄mis colorē totiꝰ corporis si est tenebrosus ⁊ morpheꝰ. Deide subam carnis si est dura ⁊ aspera tuberosa speciaf'r circa iūcturas ⁊ extremitates: ⁊ si est scabiosus pruriginosus ⁊ serpiginosus ⁊ ulcerosus. Si corium eiꝰ crispaf ut anseris: si musculi sunt cōsūpti: si patif dormitationē in mēbris. Si senserit bñ qñ pungif retro talonē ⁊ tybiā: ⁊ iterrogef cuz quo ⁊ ubi. Deide ꝓijciat aquā sup corpꝰ suū: ⁊ vide si est vnctuosuz: ⁊ si sal adheret qñ ꝓijcif sup ip̄m. Deide redeat ad ꝯsiderationē faciei ⁊ aspectꝰ ⁊ dimittat ip̄m pensenf oia signa ⁊ ꝯferat ⁊ deliberet bñ de signis ⁊ ꝯcordia ipoꝝ. Et si iueniat ꝙ ipe cū dispōne ad leprā h̄ēat aliq̄ signa equoca dimiuta domestice ⁊ secrete cōminādus est ut stet in bono regimie: ⁊ h̄ēat ꝯsiliū medicorū alias efficeref leprosus. Si aūt multa h̄ēt signa equoca ⁊ pauca vnica casſatꝰ uocaf vulgariter. Et tales sūt acriter cōminādi ꝙ teneant bonum regimē ⁊ habeant bonū cōsiliū medicoꝝ: ⁊ ꝙ stent in domibus ⁊ mansionibꝰ ipsorū. Et nō multum se ingerant cum populo: quia ingrediunf lepram. Si autē h̄ñt multa signa equiuoca ⁊ multa vniuoca cum bonis uerbis ⁊ cōsolatorijs sequestrādi sunt a populo: ⁊ in malāteria ducēdi. Si aūt sunt sani absoluendi sunt ⁊ cum litteris medicorū ad rectores mittendi.

ℂ Signa aūt ꝓpria humoꝝ habētur per signa humoꝝ dicta in de apātibus supra: peiores tñ sunt humores leonine ⁊ elefantie q̄ aliaruz. ℂ Judicaf per oēs ꝙ lepra est pessimus morbus: ⁊ est hereditarius ⁊ contagiosus: ⁊ est quasi impossibilis eradicationis presertim confirmata. Quomodo eni inqt Aui. curabif lepra cum sit cācer vniuersalis quādo cancer particularis non curaf: ꝓseruari aūt pōt ⁊ palliari: curari v̄o minime. ℂ Ampliꝰ iudicaf ꝙ iter species lepre leonina ⁊ elefantia tanq̄ de pessima mā sūt peiores. Alie v̄o tanq̄ de magis miti suauiores.

In curatione lepre ad tria coīter itēdūt doctores. ꝑmū est ad ꝓseruādū dispositos anteq̄ȝ ueniat. 2^{m} est ad curandum actuales: dum est itroducta: sed non est cōfirmata. 3^{m} est ad palliandum dum est introducta ⁊ confirmata.

¶ Regimē ꝓseruatiuuȝ tres hēt itētiones. ꝑ^{a} est ut mā nō gñef. 2^{a} ut mā gñata expellaf. Sed 3^{a} ut epar ⁊ cōplo totius corꝑis rectificef. ¶ Pria cōplef cū debita admistratione sex rerū nō nāliū: ⁊ triū nō necīarū que sui gñalitate annexātur istis ut sunt aer cibꝰ ⁊ potus ⁊c̄. ꝟgentium ad tēperamētū. ¶ 2^{a} cōplef cū bina aut trina purgatiōe in anno: uere tñ potissime ⁊ autūno cū dyacatholicon: aut pillis de fumoterre flōmia cū debita ꝓuocatione emoroydarū ⁊ cauteriorū in fontanellis brachiorū ⁊ tybiaꝝ. ¶ 3^{a} cōplef cū bonis electuarijs factis de dyarodon abbatis ⁊ bonis epithimatibus pro epate.

¶ Regimē aūt curatiuū qñ est actu lepra: nō tñ cōfirmata hēt q̄tuor itētiones. Prima est bonitas regiminis ut humor lapsus tēperef. 2^{a} est humoruȝ adustoꝝ euātio. 3^{a} est imꝑssionis illate rectificatio. Sed 4^{a} est accidētiū correctio. ¶ Primū cōplef cū debita admistratione sex rerū nō nāliū: ⁊ triū annexarū uergētiū in friditatē ⁊ humiditatē. ¶ Scōm cōplef cum flōmia ⁊ farmacia caputpurgijs balneis uētosationibꝰ ⁊ fricatiōibꝰ ⁊ alijs resoluētibꝰ mās ab extra. ¶ Tertiū cōplef cuȝ debita admistratiōe serpētiū ⁊ potionū ⁊ cōfectionū de alfilude de auro ⁊ de talibꝰ ꝯsimilibꝰ cōfortātibꝰ cor ⁊ rectificantibꝰ naturam. ¶ Sed 4^{m} cōplef ꝓm naturā accidētiū que occurrunt.

¶ Regimē palliatiuū qd̄ cōpetit lepre cōfirmate tres hēt intētiones. ꝑma est humectare corpus ab intra ne icineretur. scda cōfortare cor ⁊ alia mēbra ꝓncipalia ne dissoluantur. Sed 3^{a} est custodire membra ne deformentur.

¶ Primū cōplef cū debita administratiōe lactis ⁊ brodij gallinarū ⁊ aliorū humectantium. ¶ 2^{m} cū letitia Gal. ⁊ dyarodon abbatis. ¶ Sed 3^{m} cū cauterijs factis in locis ubi scitis: ⁊ cū gūmeris: ⁊ alijs decorātibꝰ ⁊ solidantibus faciē ⁊ alia mēbra. ¶ Uerū q: ista magis pertinent ad dños phisicos q̄ȝ ad cyrurgicos: nisi quātuȝ est ad iudicandū ⁊ ad manualē opationē exq̄sitā ptractationē de mō ⁊ q̄litate cōplēdi ꝑdictas itētiones omittaȝ superficialr aliq̄ tangēdo ea in. 8. caplis tangēdo uel assumēdo. Primū erit de dieta. 2^{m} erit de flōmia. 3^{m} de medicis laxatiuis. 4^{m} de caputpurgijs. 5^{m} de balneis vnctionibꝰ epithimatibꝰ embrocationibꝰ ⁊ cōsilibus. 6^{m} de regimine serpētiū. 7^{m} de cauterijs. 8^{m} de correctione accidentiuȝ.

Dieta leprosorū debet eē: sicut patientium apata melica de qua supius in de apatibꝰ melicis fuit dictū. Et ultra illa caueāt a coitu: ⁊ ab oi re que pōt eoꝝ calefacere nām: ut vult Aui. lac ēt ut dicit est de cōueniētioribꝰ qbꝰ curaf lepra. Et ꝓprie apud constrictionē ⁊ difficultatē anhelitꝰ ⁊ uocis. Et post euōnes opȝ ut bibant eū dū mulgef ⁊ def quātitas que digeraf. Et si posset stare cū ipso solo bonū eēt. Et si passio sedaref auferaf: totū aūt regimē ipsorum ꝑcipue in palliādo ad regimen ethicorū declinef ut uolunt omnes.

¶ De flōmia.

Flōmia uenarū magnaruȝ nullo modo cōpetit in lepra cōfirmata: nisi esset magna repletio: aut q̄ timeref cōstrictio anhelitꝰ: sed uētosatio ⁊ scarificatio in natibꝰ tybijs retro collū iter spatulas ⁊ apṫio uenarū ꝑuarū nariū ⁊ faciei bñ pōt cōpetere eis: eo q: mā iaȝ exiuit uenas: ⁊ si est in carne anteq̄ȝ confirmef: tñ ꝑcipit Haliabas ꝓmone 4^{o} ptis ꝑme libri dispositiōis regalis. accelerare minutioneȝ sanguis a duabꝰ uenis organicis ⁊ duabꝰ post aures: ⁊ que frōtis ⁊ a mediastinis ⁊ tātū auferre donec defectus appareat. ¶ Rasis tñ a purpurea uena dextri brachij icipit. Et post iteruallū a sinistra ⁊ refert q̄ curauit quendā adolescētē leprosum in cuiꝰ facie nodi fieri icipiebāt ⁊ pili defluebāt cui occurrere icepit cum flōmia: ⁊ uentris solutione cū apoçimate de epithimo: ⁊ pillulis colerā purgātibꝰ: ⁊ frequēter eū in balneo posuit ⁊ cibaria humectātia dedit. Postea quietē per aliquos dies ordinauit: post ad uentrē soluēdum redijt: qd̄ totiens fecit donec plusq̄ȝ quadragesies in qnque mensibus uentrē soluit: qbus peractis pili inceperunt nasci ⁊ oculi ⁊ color ⁊ facies meliorari: ⁊ prope sanitateȝ reduci. Et recedēs ab ipō per alios sex mēses dimissa purgatiōe ꝑter cū sero cū bono regimie perfecte sanū euȝ inuenit.

¶ De medicinis laxatiuis.

In primis digeraf mā cuȝ syrupo de fumoterre: qd̄ ℞. fumiterre. q̄rtā. j. buglosse cū toto teneritatū lupuli scabiose lapacij capilli ue. dyanthos politrici scolopendrie endiuie nouelle cicoree. añ. quartā. ʃ. ligritie se. melonū se. acetose anisi cuscute. añ. ℥. ʃ. floꝝ roꝭ. violarū boragis ⁊ buglos. epithimi. añ. ℥. j. polipodij quercini. ℥. ij. vini malorū granatoꝝ aceti passulati. añ. q̄rtā. j. panis çuccari lib̄. j. fiat syrupus.

¶ Digesta mā purgef paulatie cū apoçimate laxatiuo facto cū ꝑdictis addēdo succū fumiterre boragis buglosse lapacij: ⁊ de sene ⁊ epithimo quātum de polipodio. ⁊ de prunis ⁊ tamaridis ac cassiafistula: ⁊ nō ponaf acetuȝ. Et admistref bis in septimana q̄rta. j. in quo pōt dissolui ad acuendū. ʒ. j. elarij de succo roꝭ. Et si vis ponē in ꝑdicto syrupo mirabolanos ꝑceptū heben mesue facies. ¶ Si aūt vis purgare fortiꝰ. fiat ℞ cuȝ pillis de fumoterre: cuiꝰ forma ꝓm Aui. ℞. mirabol. citrioꝝ chebuloꝝ nigroꝝ oiuȝ añ. ʒ. v. aloes succotrini. ʒ. vij. scamonea. ʒ. v. fine cessatōe ꝯficianf cū aq̄ uel succo fumiterre. ⁊ fiāt pille. doꝭ. ʒ. j. ul ʒ. j. ⁊. ʃ. ¶ Si aūt vis purgare fortissime ꝑcipit Aui. yerā ruffini yeralogodiō theodoricō acuaf cū pulpa collognide ⁊ cuȝ elario de succo roꝭ. ¶ Cuȝ istis aūt medicinis possunt addi ⁊ diminui medicine ꝓm q̄ videbif q̄ natura declinabit ad flegma uel ad colerā: ⁊ ꝓm tēpus ⁊ qualitatē patiētis.

¶ De caputpurgijs.

Post euacuationē vniuersalē fiant caputpurgia cuȝ succo uel decoctiōe sansuci celidonie nasturtij staphisagrie piretri nucismus. pipis lon. i quo addaf modicū de euforbio ⁊ de scamonea: aut de elario de succo roꝭ. ⁊ traijciaf. aut imponaf vna gutta in naribꝰ cū emboto nasali.

¶ De stuffis ⁊ balneis fricationibꝰ ⁊ vnctionibꝰ ⁊ ꝯsilibꝰ.

Post istas aūt purgatiōes fiāt stuffe cū herbis dictis in syrupo. Et in stuffa raso capite fricenf ⁊ lauenf per caput ⁊ faciē ⁊ totū corpꝰ cū tali decoctione. ℞. fumiter. lapacij scabiose camōille mellilott staphisagrie: sinapis pipis lōgi nucismus. sulfuris nitri aloen auripigmēti coctis cū aq̄ ⁊ aceto ⁊ facta fricatiōe liniaf torꝰ cū sanguie leporis. Et in exitu def thiriaca cū vino. ʒ. j. Et post q̄ȝ sanguis fuerit desiccatꝰ redeat ad stuffaȝ: ⁊ ibidē lauef cū aq̄ decoctiōis radicis lilij iarri ⁊ furfuris macri. Et post iungaf torꝰ cū isto vnguēto. ℞. vnguēti citni lb̄. j. vnguēti albi lb̄. ʃ. pinguedis serpētis. q̄rtā. j. olei roꝭ. olei mirtini vnguēti populeon. añ. q̄rtā. ʃ. misceanf ⁊ inungatur.

¶ Pro ista intētione iuenirenf multa alia auxilia in morphea scabie serpigine ⁊ in morbis faciei. Et ista talia reiterenf totiens quotiēs videbitur expedire.

¶ De administratione serpentum.

Et scias ut dic̄ Aui. q̄ caro vipe ul thiri ⁊ illō in quo est vīrꝰ eiꝰ est de melioribꝰ medicis ci. Et. G. i. xj^{o} simpliciū farmacoꝝ p qnque exēpla hʒ pbauit. eligant ḡ ꝓpētes ꝓm nobilē Gordoniū de locis siccissimis cū dorso nigro ⁊ ligenf ṽsus caput ⁊ caudā: ⁊ cū virgis miutis flagellenf ⁊ subito isil duo viri abscindāt caput ⁊ caudā: ⁊ pmittanf uolutari p terrā: ⁊ q̄ȝtoplus uolutabunf: ⁊ exibit de sanguie tāto meliꝰ erit. Et excorienf ⁊ abluanf cū aq̄ salsa cala: ⁊ postea cuȝ vino puro ⁊ istis ꝓpētibꝰ utaf oibꝰ modis qbꝰ poterimꝰ ꝯsiderare: q: breuiter loquēdo alaim viā nō hēmus in curādo leprosos per

corporis mūdificationem:nisi in serpētibus.decoquant igitur usqꝫ ad ossium separationē cuꝫ feniculo ꝛ aneto ꝛ pane biscocto ꝛ modico salis.Et sorbeatur brodium ꝛ comedantur carnes:uel carnes sic ꝑparate terantur cū ala galline:ꝛ modico çinçi.ꝛ satis de çuccaro.ꝛ fiat comestio alba.¶ Uel aliter ꝙ carnes sic preparate cum puluere çinçib.coriandri ꝛ croci ponant in pastillo.
¶ Uel aliter ꝙ carnes sic ꝑparate terant fortiter ꝛ cū puluere çinçib. nucismus.ꝛ çuccaro.ꝛ fiat electuarium.
¶ Uel aliter serpētes viui ponant in vino tpe vidẽmiaꝝ cuꝫ epithimo sene polipodio ꝛ aniso feniculo ꝛ aneto:ꝛ qñ erit clarificatū ponat in alio uase:ꝛ erit laxatiuū:si administret bis uel ter in die.¶ Uel aliter ꝺm Henricuꝫ: ponant post decolationē in alēbico:ꝛ fiat aqua. Et patiētes pñt lauari cū aqua decoctionis ipsarū.Est tñ aduertēdū ꝙ usus ipsarū facit corpus ꝑmo inflare:ꝛ postea cadūt sequame ꝛ pelles ꝛ excoriant:ꝛ deinflant ꝛ sanant ¶ Tēpus aūt sufficientie usus ipsarū est duꝫ incurrere īcipiunt scothomiam ꝛ mutari in rōne:tūc eni cessandū est ab usu ipsarū.Et sal vipere iuuatiuū est iteruꝫ.¶ De his que ꝯferūt est ut dicit Aui.quādo bibūtur:aut comeduntur sunt cōfectiones bederasuli ꝛ alfelude ꝛc.

¶ De cauterijs.

Circa cauteria est intelligēdū ꝙ ipsa non debēt fieri:nisi post oēs alias curas:ꝛ maxime in putrefacta ꝛ hūorosa. Et lꝫ Albuc. ponat.70.cauteria pro ipsis:qꝛ dixit ꝙ quāto fiunt plura magis ꝯferūt.Nihilominꝰ nō sunt ꝯsueta mihi:nisi cauteria punctalia seu rotūda fontanellaꝝ brachioꝝ ꝛ tybiarū ꝛ inguinum ꝛ assellarum ꝛ in sumitate capitis ꝛ retro collū ad setonē.Ruptoria fiunt sub mentone ꝛ in collo: ꝛ si uentose ꝑcederent ruptoria nō esset id male factuꝫ.
¶ Ultimo est dicendum de correctione accidentium.

Accidentia que apparēt in lepra sūt multa que correctione idigēt ut morphea scabies pruritus ꝛ serpigo: de quibus dicet in sequēti caplo.nodi glandule atqꝫ tuberositates ulcera ꝛ corrositates:de qbꝰ in ꝓprijs caplis dictū est supra.
¶ Depilatio pustulatio oppilatio nariū de quibus dicet infra doctrina 2ᵃ rancedo difficultas anhelitus de qbus in phisicalibus libris satis tractatur.Et ideo correctiões eorum in locis suis requirantur.

¶ De morphea serpigine scabie pruritu syronibꝰ pediculis ꝛ alijs infectionibus cutis. Cap.III.

Intelligendum ꝙ morphea ꝛ albaras algada algasen pāni lentigines sanguis mortuꝰ gutta rosea scabies serpigo ꝛ impetigo ꝛ ꝯsimilia sunt īfectiões cutis maculose:ꝛ qꝛ nō differūt nisi magnitudie ꝛ puitate ꝛ in situ:ꝛ i colore ꝛ aliqualr in mā:ꝓpterea doctores nostri fuerūt ita uarij ꝛ discordes in differentijs ipsorū. imo qð fortius est morpheā albarosan uocauit Haliab. leprā.Nihilominꝰ cois usus tenet inter nos ꝙ iste infectiones qñqꝫ sunt plane:ꝛ nō hñt iequalitatē:neqꝫ ulcerationē:si sunt nigre uocant morphee: si albe albaras:si rubee gutta.s.ro.Si magne uocant pāni:si parue lētigines.Si vō nō sunt plane:sed ineq̄les ꝛ ulcerate uocant scabies serpigines ꝛ ipetigines.Nō obstante ꝙ Lāfrancus ꝛ Hēricus in differētijs istoꝝ multū vident gloriari.
¶ Nō ergo faciūt i ope diuersitatē tales differētie nisi i nō ulceratis que reponunt sub morphea ꝛ in ulceratis sub scabie ꝛ serpigine.Et in syronibus ꝛ in pediculis de quibus dicetur.Et lꝫ multa de his dicantur hic in generali. Nihilominus aliqua dicent in speciali in 2ᵃ doctrina. de dispositionibus faciei.

¶ De morphea.

Est ergo morphea cutis plana defedatio maculosa.Cuiꝰ lꝫ sint tot species:sicut ꝛ lepre. Nihilominus due sunt magis famose nigra videlicet:ꝛ alba quarū cause sunt albe flegma:nigre vō melācolicꝰ humor:ut dicebat in 6ᵒ de egritudine ꝛ sinthomate.

Signa sunt satis manifesta.Sed iudicia sūt difficilia.¶ Judicat eni per nobileꝫ Gordoniū ꝙ morphea antiqua:ꝛ que occupat magnum spatiū:ꝛ que cuꝫ fricat nō rubet:nec qñ pungitur emittit sanguinē:sed aquositatē:est incurabilis:aut cum magna difficultate curabilis:que vō est oppositarū conditionum ad curandū aliquā hñt suspitionē.

Circa morphee nigre supposito regimine dicto in lepra oportet ꝺm Aui.ut icipiat cū flōmia:si fuerit illic multitudo sanguis:ꝛ cū euātione humoris adusti ꝛ melēci cū his que in lepra sunt dicta.¶ Uerū de euāntibꝰ sublimibꝰ est aq̄ casei cū epithimo sumēdo quolibet die.ʒ.j.cuꝫ cado vno aque casei:ꝛ multotiēs cū ipo est soluēdus.ut dicit Ras.
¶ Et post hoc dicit ꝙ ex semine raphani ꝛ eruce ꝛ cōditis ꝯfectis cū aceto locus est epithimādus:ipso tñ ꝑus balneato.¶ Haliab.aūt iubet cōterere cepam:ꝛ ad solē cuꝫ ipsa cathaplasmare.¶ Gordonius ꝑcipit ꝙ fricet locus cū pāno aspo:ꝛ postea ꝙ locꝰ epithimet cū auripigmēto rubeo pistato cū succo fumiterre.ꝛ i crastinū lauet cū aq̄ furfuris.¶ Jameriꝰ hanc morpheam fricat cū memitha ¶ Rogeriꝰ recipit tartarū ꝛ fuliginē de quolibet.ℨ.ij.salis nitri sulfuris viui.aā.ℨ.j.auripigmenti aluminis scissi utriusqꝫ elleri aā.ℨ.ß.puluerizent oia cū succo fumiterre ꝛ abrotani ꝛ lapacij acuti atqꝫ panis porcini ꝛ sapone cū oleo in mortario icorporent taliter ut fiat linimētū cum quo morpheatꝰ locꝰ epithimet. ¶ Et si ista nō ualēt scarificet locꝰ:ꝛ cū illo sāguie epithimet.Aut ut dicit Guil. de sali.cātarides cū fermēto ꝛ aceto apponant : aut mel anacardinū ut dicūt glosatores Rogerij.Et post uesicationē desup foliū caulis ponat ꝛ remota cute si est neće: ut qñ est infectio ꝓfunda corrodat caro cū arsenico icorporato cū dyaltea:ꝛ purgata carne locꝰ cuꝫ vnguēto citri acuato cū litargiro ꝯsolidet.¶ In morphea aūt alba supposito regimie dicto in apatibꝰ flaticis : opꝫ ꝺm Aui.ut deuitet flōmia ꝛ euēt flegma cū yera acuata cū collogntida:aut cū pillis cochijs Ras.¶ Et post hoc ꝑcipit Rasis ꝙ fricet ad solē cū linimēto facto ex setaragi qð credo capsiā:ꝛ ex rubea ꝛ elleboro ꝛ sinapi.ꝛ se.raphani.Aui. vō vult ꝙ cū alcali ꝛ calce coctis cū urina īfantiū usqꝫ ad mellis spissitudinē fricet ad solē qusqꝫ locꝰ ulceret.Deinde accipiat pix ꝛ cera:atqꝫ terbentina ꝛ cortices nucis aduste atqꝫ sanguis pulli colūbe:ꝛ oleū de alcāna:ꝛ usqꝫ ad sufficiētiā decoquant:ꝛ ꝯtinuet sup locū donec sanetur:ꝛ color eiꝰ fit sicut color corpis.¶ Theodoricus dicit ꝙ quedā dña pisani curabat oēs morpheas per istū modū.In ꝑmis lauabat locū morpheatū decies cū aqua frigida.Post cū isto vngebat vnguēto.℞.cineris serpētis cōbusti in oia noua bñ coopta.ℨ.j.litargiri usti gallaruꝫ radicis flāmule solearū antiquarū plumarū nigrarū galline oium cōbustoꝝ.aā.ℨ.ß.arsenici calcis viue argenti viui.aā.ʒ.ij.ꝯficiant oia cū aceto:ꝛ fiat sicut vnguētū.Cū quo locus morpheatus inungat bis uel ter:aut plus sicut videbit expedire. Post aūt mittat ad balneū:ꝛ dum intrabit balneū liniatur cuꝫ psilotro facto ex q̄tuor partibus calcis ꝛ vnius arsenici coctis cum aceto ꝛ aqua . Et postqꝫ sudauerit in balneo aliquantulū lauetur cū aqua ꝛ erit sanatus. ¶ Melius tñ videretur ꝙ prius in balneo liniretur cū illo psilotro: ꝛ post in exitu liniretur cuꝫ illo vnguēto:ipse tñ ita dicit.Si aūt cū istis nō curaretur est intētio doctorū ꝙ locus cū cātaridibꝰ ꝛ arsenico curetur:ꝑcipue si īfectio fit ꝓfundata ut dictū est de morphea nigra.Non aūt cū cauterio actuali:neqꝫ cuꝫ scarificatiōe quia uestigia magis apparerēt ut dicit Aui. ¶ Et si cura nō ualet tingatur locus cū ista tinctura Auicē.℞.litargiri calcis gallarū alcāne dragāti.aā.ꝯficiant cū melle ꝛ aceto nigro.ꝛ fiat linimētū de quo locus liniatur.

¶ De impetigine ꝛ serpigine ꝛ assafati.

Omnia autem ista ut dictū est sunt īfectiones cutis īequales ⁊ finaliter ulcerose nō multū ꝓfundantes. Et ꝓpter hoc Aui. dicit ꝙ sūt ꝓxima ad īuicē: ⁊ sunt summa bothoꝝ ulcerosoꝝ. Incipiētes ꝑue lenes diuise in multis locis: deide ulceranṫ ulcerib⁹ squamosis ⁊ furfurosis: qn̄qꝫ apparētib⁹: qn̄qꝫ occultis. Et que sunt fixe magis ꝓprie dicunṫ assafati ⁊ īpetigines: que vō sunt mobiles ⁊ serpētes hincīde serpigīes que vulgariter dicunṫ derbes ⁊ ignis uolagi⁹. Et quelibet ipsarū: quedā sunt humide: quedā vō sicce.

Cause aūt istarū īfectionū: maxime humidaꝝ est humiditas mala corrosiua que ꝑmisceṫ cū grosso sanguine ⁊ flāte salso. uerū in sicca magis ꝑ̄dominaṫ melā. Expellunṫ enī huiusmodi mā̄e ad cutim ⁊ corrūpunt eā. ut dicit Auic. Et talis humiditas est uehementer ignita: ⁊ ꝓpter hoc sunt cū pruritu ⁊ ardore: ut dicunt glose ⁊ theodoric⁹. Et generanṫ in facie ⁊ capite pueroꝝ ꝓprie. Et multotiēs apparēt in hyeme ƀꝫ Auic. eo qꝛ frigus coartat ⁊ deriuat tales mās ad cutē: ut dicit Theodoric⁹: ⁊ ī estate sepe ꝑꝑ calores uehemētes: ut dic̄ Jameri⁹.

Curatio qn̄tū ad regimē ⁊ euātionē nō differūt a curatione apatū ⁊ pustularū colicaꝝ melācolicarū de qb⁹ satis dictū est supra in de apatib⁹: ⁊ de lepra ⁊ morphea. In spāli aūt defēdit Aui. oē qd̄ hēt dulcedinē superfluā: ⁊ ꝓprie dactilos: aut amaritudinē: aut acuitatē: aut salsedinem ⁊ utatur humectatione corporis humiditate equali cum balneo ⁊ alijs.

¶ Qn̄tū aūt ad localia in recētib⁹ laudanṫ fomētatiōes cū aq̄ tepida. Et alterare locū cū succo portulace ⁊ cucumeris ⁊ mucillagine psilij ⁊ saliua hois ieiuni. in. x° simpliciū: ⁊ acetositas citri ⁊ gūma cū aceto. Et sinapis cū aceto sunt optima ƀm Aui. ⁊ oleū de frumēto: oleū ouoꝝ: oleū de serpētib⁹: ⁊ oleū iunipi ab hebē mesue approprianṫ: ⁊ oleū de tartaro vulgus tenet supmum. ¶ Rogeri⁹ laudat saponē ⁊ succū celidonie. Et si cū eis admisceretur vnguētū albū pulchri⁹ eēt. ut dicūt glose ipsi⁹. Et lotionē cū aqua roſ. ⁊ succositate citri in qua sulfur puluerizatū steterit in uase vitreo ad solē per. 20. dies laudāt montipeō. Et lac virgineū qd̄ fit cū aceto ⁊ litargiro distillādo ⁊ miscēdo cū aqua salita laudāt Bonon̄. vnguētū albū factū de litargiro ⁊ citrinū factū cū oleo de tartaro ⁊ succositate citri sunt Parisius ꝯsueta. ¶ Ad antiquas vō ꝓprie ad saffati laudat Aui. linimentū factū de chimolea sulfure cineris cucurbite pulpa collognitide oīum ptes equales cū aceto. ¶ Ad idem theodoric⁹. ℞. succi radicis lapatij acuti quarā. j. assūgie antique porci dissolute lb. ſ. argēti viui extincti cū saliua. quartā. ſ. coquaṫ assūgia cū succo usqꝫ ad ei⁹ spissitudinē postea miscēdo argētū viuū pistādo in mortario fiat vnguētū. ¶ Ad idē Rogeri⁹. ℞. tartari plūbi usti fuligis cineris piretri succi ciclamis. aā. ꝯfice cū oleo. ⁊ fiat vnguētū. ¶ Hēric⁹ testaṫ ꝙ qdā medicus Parisiēsis curauit serpiginē qnque annoꝝ cū tali vnguēto. ℞. se. iunipi cōquassati. ℥. iiij. coqn̄ṫ cuꝫ sufficiētia aque: ⁊ colature addaṫ assūgie porci recēte colate. ℥. vj. terbētine. ℥. j. dissoluanṫ oīa simul ⁊ dissoluta ab igne deponaṫ. Et cū īfridatū fuerit aquositas expellaṫ ⁊ vnctuositas fortiter in mortario agiteṫ: ⁊ addendo sulfuris viui. ℥. ij. fiat vnguētū. ¶ Rasis aūt dicit ꝙ antiq̄ indiget sanguisugis ⁊ fricatione donec exeat sanguis plimus ⁊ resoluaṫ caro mala ⁊ appeat bona. Que vō ex ea fortis est indiget ƀm Aui. medicamie acuto corrodente quousqꝫ ꝑueniat ad carnē sanā. Deide cū vnguētis ulcerū ꝓprie al. ⁊ de litargiro consolidetur.

¶ De scabie ⁊ pruritu.

Iste etiam sunt īfectiones cutis ulcerose pruriginose cum squamis ⁊ crustis que qn̄qꝫ sunt cuꝫ virulētia ⁊ sanie: ⁊ qn̄qꝫ absqꝫ ipsa. ut ponit Gordon⁹. ¶ Quarū mā ƀm auic. est sanguis cui cōmisceṫ colera ꝯuersa in melā: aut flegma salsuꝫ baurachiū. Ex ꝑma enim mā ut dicūt fit scabies sicca: ex 2ª humida. Sunt igitur ƀm hoc due spēs scabiei humida ⁊ sicca sub qua pruriginē pono. Cū enī talē mām natura ab īteriorib⁹ ad extrinsecā cutē ꝓtulerit. si sub cute ꝑmāserit: ⁊ fuerit subtilis facit pruriginem. Si grossa scabiē ut euidēter ponit Halia. pte ꝑma. ƀmone 8°. Et ibidē ponit ꝙ tales mā̄e fiūt maxime plimuꝫ comedētib⁹: ⁊ qui malis utunṫ cibis: salsis videlicet ⁊ amaris dulcib⁹ ⁊ acutis. ut addit Aui. ⁊ qui balneū dimittūt ⁊ uestes nō mutāt laborāt ⁊ vigilāt ⁊ vinū puꝝ potāt. Addit Rasis. fit aūt senib⁹ ꝑꝑ cutis debilitatē: ⁊ qꝛ in eis salsus humor ut plimū ꝯnaṫ. ⁊ plimū fit inter digitos: qm̄ sunt debiliores. ut dicit Aui.

Significant scabiē ƀm quidē Haliabatē pustule parue īcipiētes: deide ulcerantes. ⁊ significatur mā hu. per calorē ardorē pruriginē: ⁊ per expulsā. Judicaṫ ꝙ quāuis scabies sit mala per viā signi: pōt tn̄ esse bona per viā cause. Expurgare enī corp⁹ ita ꝯsueuit nā ad cutim supfluitates repellendo. ut in 4° terrapē. dicit Gal. ¶ Judicatur ꝙ scabies in decrepitis est difficilis: aut īpossibilis curatiōis. ¶ Judicaṫ ēt ꝙ scabies ⁊ prurit⁹ īducūt ulcera impetigies ⁊ egritudines fedas. Est ēt scabies de egritudinib⁹ cōtagiosis.

Curatio qn̄tū ad regimē ⁊ euātionē nō differūt a curatione ꝑ̄dictaꝝ infectionū. In speciali aūt cōmēdat Aui. cū ꝓprietate celidoniā cū laxatiuis. Et aloes de 3° in 3m sume. ʒ. j. cū aqua endiuie ⁊ feniculi eradicat scabieꝫ. ut dicūt Raſ. ⁊ Auicē. ⁊ si ueniret ex eo īestinorū rasura cureṫ cū clisterijs opportunis. ⁊ si adest repletio flōmeṫ ut dictū est supra. ⁊ scias ƀm Aui. ꝙ uentose in utrisqꝫ crurib⁹ fcōerunt scabiei fede. ¶ Facta aūt euātione sufficiēti uolūt doctores nostri ꝙ stuffenṫ cuꝫ herbis positis in syrupo de fumoterre posito in capitulo de lepra. Et ītret stuffam cuꝫ istis positis ab Aui. que habēt abstergere ⁊ rectificare cōplexionē cutis ut sunt malua sicla lapaciū acetosa apiū furfur farina lentiū rici ⁊ fenugreci melones decocti cū aqua ⁊ aceto seu granatorū vino. Et in exitu offeraṫ thiriaca: aut rubea trociscata. Et postqꝫ sudauerit ⁊ dormiuerit in lecto altereṫ cutis cum oleo violato roſ. amigdalarū aceto: aut granatoꝝ succo. ¶ Quātum aūt ad localia. In humida laudant Raſ. ⁊ Auic. argētū viuū extinctū cū saliua cachimiā argēti oleandrū cōdisum alchali litargirū ꝯfectū cū oleo roſ. ⁊ aceto. ⁊ ꝙ fiat epithima per totā noctē. In mane vō balneū ingrediaṫ patiēs ⁊ cū aceto ⁊ mossa viridi quercus friceṫ postea cū aq̄ calida laueṫ. Et his factis aqua frida super ipsum fundaṫ ⁊ cū oleo ro. iunctus egrediaṫ. ¶ In sicca ⁊ pruritiua cōcedit Aui. in potu lac uaccinū acetosum ⁊ balneū cū aqua tepida ⁊ administrationē vnctionū oleaginorū ex oleis fridis ⁊ ꝓprie qn̄ ponit in eis succ⁹ apij ⁊ aqua roſ. ⁊ endiuie ⁊ acetū cū aloe ⁊ sale armoniaco ⁊ alumine. Et de medicinis quiescere faciētib⁹ pruritū est papauer cuꝫ aceto tritū. ⁊ cerotū in quo ponitur opium.

¶ Rasis aūt in ista scabie. ℞. baurac costi salis cōdisi. aā. ʒ. j. storacis. ʒ. vij. aceti ⁊ olei qd̄ sufficit. fiat linimentū de quo epithimeṫ in balneo ⁊ maneat: ⁊ postea lauetur. In suis additionib⁹ īueniṫ ꝙ lauare locū cū aqua ro. ⁊ aceto decoctionis roſ. mirre sandal. ru. ⁊ paruꝫ alumis pruritū forte statim tollit. Usus aūt cōmunis habet vnguēta alba ⁊ litargica. ¶ In utraqꝫ scabie īueniunṫ multa cōmunia vnguēta. Primo Gal. in 9° simpliciū farmacorum. caplo de sulfure docebat quosdam amicos suos piscatores sulfur miscere cum oleo: ⁊ melle: aut terbentine ⁊ sanabāt scabiē ⁊ serpiginē. Et ipse aūt nō raro. Opꝫ enīꝫ medicinas tales habere virtutē mixtaꝫ ut ꝯsumant ⁊ repcutiāt. ut dicit. Et ꝓpter hoc ego in lb. j. terbentine ⁊ quarta. j. assungie porci remisceo. ℥. j. sulfuris. ⁊ aliquotiēs modicū de argēto viuo appono. ƀm Theodoricum ℞. radicis lapacij acuti enule cāpane ⁊ affodillorū: ac cicute cocte sub prunis: aut in aqua pistatis ⁊ mixtis cum

assũgia ueteri porcine fiat vnguẽtũ. ¶ Ad idẽ Henricꝰ ℞. olei laurini assũgie ueteris porcie cere viridis thuris argẽti viui extincti cũ saliua. añ. partẽ. j. salis cois tritissimi ptes. iiij. cõficiant̃ cuꝫ succo fumiterre ⁊ plãtagis. añ. quãtũ põt imbibi agitãdo: ⁊ si adderet̃ modicũ de fuligine in aceto tẽperata ꝯferret ad oẽs īfectiones. ¶ Ad idẽ magister Dinꝰ. ℞. succi lapacij scabiose celidonie enule campane fumiterre. añ. ʒ. vj. olei cois. ℥. vj. salis cois. ℥. ij. misceant̃ ⁊ bulliant̃ ad succorũ cõsũptionẽ: deinde colet̃ ⁊ assumat̃ illud oleũ ⁊ cere. ℥. j. ⁊ liquefiant simul ad ignẽ ⁊ deposito ab igne misceant̃ donec equentur. Et si vis magis desiccare adde vitrioli. ℥. ß. Et si vis ut sit magis ꝓprium ad flegma salsum adde cerusam litargirum plumbũ ustũ cinerẽ vitis cũ modico de aceto.

¶ Ad idẽ magister Petrus de bonãto pro scabie ex flegmate salso. ℞. succi celidõie: succi edere terrestris. añ. lb. j. assũgie porcine. lb. j. coquant̃ oia ad cõsumptionẽ succi: deide cola ⁊ adde argẽti viui. ℥. j. īcorporãdo fiat vnguẽtũ. Et post iunctionẽ foliũ lappe iuerse: aut lilij desuper apponat̃. ¶ Unguẽtũ saracenicũ ꝯtra scabiẽ ⁊ malũ mortuũ ⁊ flegma salsuꝫ: facit eni educere supfluitates per os balneãdo: ⁊ per subassellas resudãdo iungẽdo soluꝫ extremitatẽ a genu ⁊ cubito in sole uel ad ignẽ: duntaxat ꝙ illa hora summe homo caueat a frigore. ℞. euforbij litargiri. añ. lb. ß. stafisagrie q̃rtã. ß. argenti viui. q̃rtam. j. assũgie porci ueteris lb. j. īcorporãdo in mortario fiat vnguẽtũ de quo iungat se semel in septimana. ¶ Est tñ aduertẽdũ ꝙ q: argẽtũ viuũ nocet mẽbris ꝑncipalibꝰ ⁊ dẽtibꝰ atq; gingiuis ꝑcipit Auic. ꝙ vnguẽta in qbꝰ ponit̃ elõgent̃ quãtũ poterit a pubꝰ stõci ⁊ mẽbroꝝ nobiliũ. Et hẽricus dicit ꝙ dẽtes ⁊ gigiue cũ decoctiõe mẽtastri aneti ⁊ camomille lauent̃. Nõnulli cũ aq̃ solatri faciũt ideꝫ.

¶ De pediculis ⁊ syronibꝰ ⁊ suis consimilibus.

Quid autem sit pediculus oibus est notuꝫ. Fiunt enim ex mã predictarũ infectionũ: minus tñ mala. Et ideo ad eam non festinatur putrefactio virulẽta: neq; ultimata: sed est cõueniẽs: ut sit materia recipiẽs vitã a creatore suo. ut addit Aui.

¶ De modo aũt generationis nõ curo: quia phisicuꝫ est: sed ad generationẽ ipsorũ iuuant res quaruꝫ proprietas est mouere materiã ad cutim ut sunt ficus ⁊ coitus ⁊ dimissio mundificationis: ⁊ tarda pãnorũ mutatio.

Signa materie ipsorum hẽntur per colorẽ: ut ponit Gordoniꝰ.

¶ Judicat̃ per ipsummet Gordoniũ ꝙ pediculorũ multiplicatio a causa tñ itrinseca ꝑtẽdit morphẽã ⁊ leprã: eo q: si nã cutis esset fortis nõ erraret: sed assimilaret. Error autem assimilatiue virtutis est causa lepre ut dictum est.

In curatione eni ipsorũ idiget̃ in ꝑmis ꝙ corpꝰ mũdificet̃ cũ flõmia ⁊ yerapigra: ⁊ alijs euacuãtibꝰ humores putrefactos ⁊ regiminis rectificatione ⁊ assumptione medicinarũ iterficiẽtiũ pediculos uelut sunt allia decocta ⁊ calamẽtũ mõtanũ. ut dicit Aui. ¶ Et cũ localibꝰ ⁊ de ipis fiũt stuffe ⁊ balnea cũ aqua decoctionis aluminis salis blete tenacẽti cipressi pini calamẽti lupinorum staphisagrie: ⁊ olea ⁊ vnguẽta cũ oleis carthami raphani sumac acetose cũ radice sua. ¶ Et spãle est ad hoc vnguẽtũ sequẽs de quo si iungat̃ cinguluꝫ de lana ⁊ portet̃ nuda carne iterficit pediculos ⁊ ꝓhibet ne amplꝰ generent̃. ℞. olei. ℥. iij. cere. ℥. ß. argẽti viui. ℥. j. miscẽdo in mortario fiat vnguentuꝫ.

Syrones sunt aĩalia parua facientia vias cauernosas corrodẽdo inter carnẽ ⁊ cutẽ potissime in manibꝰ ociosoꝝ. ¶ Et curãtur lauãdo locũ cũ aq̃ salita decoctiõis pisciũ: aut cũ succo edẽ terrestris: aut cũ aceto mixto cũ aloe ⁊ cõsimilibꝰ.

De uariolis ⁊ morbillis ⁊ desudationibus ⁊ plãta noctis que sunt bothores parui in membro plurimi sudoris.

Et de essere que sũt nodationes in carne cũ pruritu uenientes quãdo homo est supcalefactus ⁊ sudãdo scalpit se supsedeo quãtuꝫ est de ꝑsenti: magis enim est phisicũ q̃ȝ cyrurgicũ. ⁊ satis ex scia apostematũ põt haberi eorũ cura. ¶ Quantum aũt ad uestigia infra dicet̃ in facie de cicatricibꝰ uariolaruꝫ.

¶ De extenuatione ⁊ ingrossatione corporum ⁊ mẽbrorum. Cap. IIII.

q

Uãquã de igrossatiõe seu impinguatione ⁊ arefactione seu extenuatione saltim vniuersaliter pertineat ad dominos phisicos. Nihilominus q: in particulari ingrossatione ⁊ attenuatione mẽbroruꝫ cyrurgici cõsueuerunt uocari pro tãto dicet̃ qui de ipsis. ¶ Quid aũt sit ingrossatio ⁊ attenuatio notũ est satis a Gal. in. 14. terrapẽ. quãdo eni in tãtaꝫ carnositatẽ seu pinguedinẽ uertit̃ corpus ut neq; ambulare possit sine tristitia: neq; tangere anuꝫ: neq; calciare: ꝓpter tumorem uẽtris: sed neq; respirare improhibite dicit̃ grossuꝫ: sicut qñ liquefit ⁊ deprimitur queãdmodũ in atrofia ⁊ ptisi dicit̃ arefactuꝫ. Et sequitur ꝙ plerũq; non totũ: sed vna particula efficitur talis.

¶ Et ꝺm hoc due species assignant̃: quaruꝫ cause ꝑncipales dicuntur in 2° de egritudie ⁊ sinthomate. plenitudo mãe indigẽtia sicut insup in grassatis uel colliquatis ual de ꝺm vnã particulã uel corpore vniuerso est videre. Et in sexto de custodia sanitatis adiungit̃ fortitudo uel debilitas virtutis redditiue ⁊ nutritiue uel ambaꝝ. Et ea que extrinsecꝰ eueniũt ad desiccandũ addunt̃ ab Aui. in 4° ut est usus cibi subtiliãtis ⁊ quies imoderata. Nã ut ipse scripsit in ꝑ°. dimittẽtes exercitiũ icurrũt ethycã. Sopit̃ eni vtꝰ attractiua in qete. destruit̃ a labore ira angustijs vigilijs fame ⁊ dure iacere. ut dicit Rasis. ¶ Et ad hoc facit ligatura stricta ⁊ cõstrictio pororũ a calido ⁊ frido ⁊ sicco excessiuis facta. ut dicit Aui. aut dolor ⁊ passio iuncture superioris: ut ipsemet dicebat de podagra lõga: ⁊ gibbo ⁊ solone profunda male restaurata qđ attenuabat mẽbra sequẽtia ut in suis capitulis fuit dictuꝫ. Oppilant̃ vie cibi quodã modo ⁊ debilitat̃ vtus attractiua. ¶ Judicat̃ per Hyp. in ꝑ° affoꝝ ꝙ in gigasticis quo ad summũ annexie idest boni habitus fallaces sunt si in ultimo fuerint. Nõ eni possunt manere in eodẽ statu. relinquit̃ ergo ad peiꝰ ꝙ suffocent̃: aut uene crepent̃. ¶ Judicat̃ per Gal. in 2° tegni. ꝙ ꝑmas ⁊ solidas ptes corporũ nõ est possibile humidiores facere. Et ꝓpter hoc dicebat in 7° terrap. arefacta dispositio isanabilis existit cũ certissime cõpleta fuerit. Et ꝺm hoc iudicat̃ ꝙ lꝫ siccitas sit difficilior ad curãdũ q̃ȝ humiditas. Nihilominꝰ piculosior est nimia grossities ad sustinendũ q̃ȝ ariditas. Et hoc est ꝙ dicebat Hyppocras i 2°. ꝙ grossi ualde ꝺm nãm cito mortales magis fiunt macris. Nã ꝺm Gal. in cõmento tales fridi sunt ⁊ strictas habent arterias ⁊ uenas. Et propter hoc sanguinẽ ⁊ spiritũ oĩsariã paucũ habẽt: quare calor innatus in eis parua occasione cito corrũpit̃. Et cum hoc ꝺm Auicẽ. in 4°. sunt expositi apoplesie paralisi pulsui cordis dyarie. Malitie anhelitꝰ sincopi ⁊ febribꝰ malis: ⁊ famẽ ⁊ sitim nõ possunt tolerare. Optimũ est ergo bñ ⁊ moderate carnosum esse. nam vita in humido existit: ut dicit Aui. nõ aquoso sed vnctuoso. ut dicit glosa.

¶ Amplius iudicat Hypo. in 2° que in multo tẽpore extenuant̃ corpora tarde uel pigre reuerti consueuerũt: que vo in pauco pauce. Et hoc est ꝓpter cõsumptaꝝ humiditatũ diuersitateꝫ ut dicit lr̃a. ¶ Ex quibus oibus sequit̃ ꝙ ariditas lõga ⁊ habituata: ⁊ que sequitur solones profundas male curatas nunq̃ȝ corrigitur: satis aũt est si qđ ꝓhibeat eas siccari nõ cito in 2° tegni.

Cura superflue grossitiei duas habet intentiones. ꝑma est diminuere sanguinẽ qui multiplicat̃. 2ª resoluere mãm que coniuncta est ⁊ debilitare vtutẽ ne attrahat ipsam.

¶ Primū cōplef per Gal.in.14 terrapē.cū dieta attenuāte dicta in libro de subtiliādā dieta. Et cū farmacis urinā ⁊ sudorē ꝓuocantib⁹ ut sunt rutha: ⁊ sua grana aristologia ro.gētiana poliū ac subtilis cētaurea ⁊ vipere combuste: ⁊ ipsarū sal ⁊ acetū ad ista facit.ut dicit Rasis. Et medicine laxatiue cōtinue subducētes fla ut dicit Haliab.in ẜmone p°. ⁊ ieiunia ⁊ acuta exercitia.per Gal.ubi supra.

¶ Scdm cōplef per balnea naturalia: aut artificialiter cōstructa similia in v̄tute tali utiq3 quali fieret mixto flore salis cu3 aqua marina. Et deide cū aliquo oleorum acutorū iungere: uelut est oleū cucumeris siluestris gētiane aristolo.⁊ cōsimilibus. Et non comedere in balneo: sed ieiunare ⁊ dormire prius aut non quiescere.

De ingrossatiōe

pticulari mēbroꝝ quō curaf satis dictū fuit de ciragra ⁊ elefantia in de apatū tractatu. In qb⁹ inuenies ꝙ ad istas itētiōes dictas adiūgif: ⁊ 3ª que est deriuatio māe ad illā partē cū pondere ⁊ ligatura ut docet Aui.

In cura

arefactionis ⁊ deficcatiōis corporis ad tria breuiter itendūt operantes. ꝑmo ad generādū satis de sanguine benigno. Scdo ad ip̄m sanguinē extrahēdū ad carnē. Sed ⁊ 3° ad roborādū v̄tutē nutritiuā ut sanguis attractus retineaf ⁊ nō euaporetur.

¶ Primū cōplef cū dieta euchima que ethicis ⁊ consumptis potissime ordinaf.vñ.14.terrap. Quoscūq3 eni3 renutricare uoluerimus attenuatos vinū quidem dabim⁹ grossum per achimia cibaria ⁊ exercitia non acuta neq3 fortia ⁊ fricationem moderatam ⁊ simpliciter dicere vniuersa p̄dictorum cōtraria geremus.

¶ Scdm cōplef in his que ẜm totū piceari effugiūt in 6° de custodia sanitatis añ balnea manib⁹ nō ualde mollibus: sicut neq3 in asperis refricare corp⁹ usquequo ad ruborē deueniat. Deide fricatio dura nō multū. Et postea exercitijs cōmēsuratis utētes: deide in balneo: ita ut plixe moref. ẜm balneū postea ⁊ iunctū oleo breui offerre cibaria. Nihilomin⁹ in.14.terrap.cōsulit balneū post cibū aptū. Et si oppilōnes ex hoc ꝯtigerēt ꝯfesti p̄cipit oximel dare cappaꝝ in ꝑn° cibi donec utiq3 desistat q̄uedo.

ut aq̄ que iter sifac ꝛ itestina locata est i educat. ¶ Cum
ergo rogaris in curatiõe huiusmodi spẽi cũ ferro:fac ꝯm
hũc modũ:ꝛ est ut uẽter ipsius manib⁹ cõprimat:ut tota
aqua declinet ad inferiorẽ ptẽ pectinis.Deinde cõside/
ra cum oi diligẽtia tua:utrũ generatio aque sit ex pte in/
testinorũ:aut ꝓpter passionẽ epatis uel splenis:ꝛ si sit ex
pte itestinorũ:pforetur cutis tota cum sifac trib⁹ digitis
sub vmbilico.Et si generatio aque erit ꝓpter epar:tunc
sectio in sinistra parte fiat.Si vo ꝓpter splenẽ in dextro
fiat latere:non enim opꝫ q fiat sectio sup latere:sup quo
vult infirmus iacere:ne supfluitates ad illũ decurrãt lo/
cum. ¶ Facta aũt pforatione canellũ eneuꝫ uel argẽteũ
itromittatur:ut aqua per ipsuꝫ euacuetur. ¶ Et caue ne
extrahatur ex ea plusq̄ꝫ opꝫ in hora vna tñ:q̄m fortasse
morietur ifirm⁹:ꝓpter resolutionẽ spũs aialis:uel super
uenire ei sincopis ꝛ appropinquaret morti:sed euacuet
ex ea ꝯm q̄ȝtitatẽ ṽtutis infirmi.Deinde extrahe canel/
lũ ꝛ oppila foramẽ.Altera vo die itromitte canellũ:ꝛ ex
trahe ex aq̄:si ṽtus eius tolerauerit illud:ꝛ sic facias do/
nec ex aqua non remaneat nisi paruꝫ:si aũt times sup in
firmũ ex aqua multũ cura ipm tũc cũ sepultura in hare/
na calida:ꝛ sudore in balneo multo ꝛ sole.Deide curet
vulnus cũ medicina exiccatiua donec sanet. ¶ Et absti
neat patiẽs a potu plus q̄ȝ põt.Et sit ei⁹ dieta ualde cõfor
tatiua ꝛ odorifera.Et scias q nõ est ꝑsumptio ut fiat eius
curatio:q̄n patiẽs est puer:aut senex decrepitus:aut de/
bilis ṽtutis:aut si hẽat aliã infirmitateꝫ preter ydropisim
sicut est tussis aut uentris solutio:ꝛ similia his.

¶ De eminẽtia ꝛ ruptura que accidit in sifac. Cap.X.

m Ultotiens accidit eminentia in si/
fac.s.in panniculo qui
extenditur super uentrem:q̄ñq̄ꝫ in partibus in
guinũ:q̄ñq̄ꝫ superius in partibus uentris. ¶ Et huius/
modi quidem eminentia aut fit ex ruptura sifac:ꝛ tunc
exit ex ea intestinũ:aut zirb⁹:cui⁹ signũ est:q̄m cũ cõpri/
mis eminẽtiã que apparet occultat:deinde redit per se:
aut cũ infirm⁹ retinet anhelituꝫ:uel nãliter tussit:ꝛ q̄ñq̄ꝫ
etiã apuđ introitũ audit gurgulatio intestini:ꝛ magnifi/
cat eminẽtia ex nimio labore ꝛ caliditate balnei gete:ꝛ
dũ iacet infirmus resupinatus eminẽtia occultat:cũ aũt

stringit ⁊ ambulat ⁊ redit sicut prius erat. ¶ Aut fit ex uē tositate: ⁊ signũ eius est q nõ est grauis ponderosa: imo leuis cum leuitate tactus. ¶ Aut fit ex carnositate ⁊ signum eius est q ipsa eminētia est grauis grossa ⁊ dura ⁊ sm quãtitatē vnam stat. ¶ Aut ex humiditate cuius signũ est mollities: ⁊ nõ occultat ex oppressione manus neq; ↄstringit: aut ex sanguine qui fluit ex scissura uene uel artarie: cuius gñale signũ est rubedo eius ad nigredinem decliuis. ¶ Cum aũt eminētia fuerit ex carnositate ⁊ desideras eius curationē: tunc incide sup ipsam ⁊ extrahe: deinde cura vulnus sicut scis: ⁊ sĩr si fuerit humiditas pfora locum: dimitte ut egrediat. ¶ Uerũtñ non oportet ut curet cum ferro penitus: qñ accidit ex sanguine qui fluit ex scissura arteriarũ uel uenarũ: qm̃ tunc est timor. Si vero ex uentositate fuerit: tunc exhibeant exterminãtia uẽtositatem, sicut est rutha, anisum, ciminum, ⁊ similia. ¶ Q; si fuerit eminẽtia ex ruptura: tunc difficilior est curatio. Uerũtñ oportet ut scias eius cãm anteq̃ curatio pmulget. ¶ Est ergo multiplex eius causa: qm̃ aut accidit ex casu uł pcussione, aut saltu, aut clamore superfluo: aut relactatione: aut eleuatione magni ponderis ⁊ similib9. ¶ Curatio enim rupture diuersificat sm diuersitatē locoꝝ in quib9 accidit: qm̃ aut accidit ab inguinib9 supius sicut in vmbilico ⁊ in reliquo uētre: aut tm̃ in inguinib9: per que intestina adhuc nõ descẽdũt ad testiculos: aut fit fortasse ex ira: uel addit ppter tẽpus: ⁊ descẽdũt inferius intestina: ⁊ ppter hoc visum mihi est ut ponã vnicuiq; curationem suam: sm q est necesse.

Dico ergo q cuȝ accidit ruptura in vmbilico opȝ ut patiẽs stans extẽsus retineat anhelitum donec appareat eminẽtia. Deinde signa cuȝ enchaustro uł carbone in circuitu totius vmbilici: ⁊ tũc precipe infirmo ut resupinet sup dorsum suum. Deinde scide cũ spatumie circulũ quem cũ enchaustro signasti: post hoc vncinũ in medio eminẽtie fige: ⁊ ad superiora extẽde. Deinde cum spaco in circuitu fortiter liga: ⁊ fac in eo nodum currẽtem: ⁊ postea caput eminẽtie scinde: ⁊ indice intromisso: quere ne intestinũ aut çirbus sit captus a ligamẽto: q si inueneris intestinum solue ligamẽtum ⁊ impelle ipm ad interiora. Si aũt inueneris çirbũ amputa supfluitatem eius. Et si sanguis ↄriatur ppter incisionem artarie uel uene: tunc succurre cuȝ remedio donec stringat: deinde ad tuã redeas opationem: ⁊ habeas duas acus cum filis duplicatis fortib9 ⁊ intromitte eas in incisionē quã prius fecisti in circuitu vmblici sm modũ crucis: ⁊ fac ut penetret ad latus aliud: deide stringant fila a quatuor locis ⁊ auferat acus ⁊ dimittat locus donec putrefiat ⁊ caro stricta decidat: deinde cura vulnus cuȝ eo qd ↄuenit ex medicinis donec sanet. ¶ Q; si fuerit eminẽtia ex ruptura que fit in reliquo uẽtre: tũc opȝ q curet sm q narro tibi: ⁊ est ut patiẽs dum stat extensus retineat flatum suum donec inflet locus: deinde signet sup rupturã ⁊ resupinet patiens sup dorsum: deinde cauteriçet ruptura sm quãtitatē eius: ⁊ fit illud qd adurit ex cute tm̃: deinde curet locus cũ butyro donec escara cadat: ⁊ administret medicamē vulnerũ donec sanet: ex hoc enim ruptura non aditur. ¶ Si vero ruptura fuerit ex magno tpe ⁊ magne quãtitatis: tunc curatio ei9 est per incisionē: ⁊ est ut signet cũ enchaustro loc9 rupture: sicut diximus sup dorsum suũ ⁊ liget sup banchuȝ cũ fascijs: aut facias ipm teneri a quibusdã viris. Deide ponat minister digitũ suum sup locum fracture ut nõ exeat intestinũ: ⁊ incide cum spatumine cutem eq̃liter totã donec puenias ad rupturã. Deinde suat sifac sicut te scire feci in vulneribus uẽtris qñ foras exeunt intestina: ⁊ curetur locus cum eo qd conuenit donec sanetur.

Cum autem ruptura accidit in inguinibus ⁊ nõ descẽdit eminẽtia ad testiculos: aut si descẽdit aliqd ex ea est modicũ ualde: ⁊ reuertit cum facilitate oĩbus horis. Si uolueris eius curationem cum medicinis: ↄsidera prius magnitudinē ipsius ⁊ diuturnitatē tpis: ⁊ patiẽtis etatem, qd est: q: non sanat ruptura cum modis medicinarũ: nisi qñ est parua ⁊ modico tpe: ⁊ etas patiẽtis puerilis: ⁊ sm hoc etiã sanat laboriose: qm̃ sifac est neruosuȝ ⁊ difficilis incarnationis: qui ergo dicunt se sanare fracturã diuturnã ⁊ in oĩ etate cum modis medicinarũ: deceptores sunt. ¶ Et scias q q̃to plus corpora patientiũ nãliter sunt humidiora: tanto amplius icarnant. ¶ Curatio aũt cum medicinis est: ut emplastret locus sup rupturã cum rebus expellẽtib9 uentositatē: in quibus est fortis stipticitas ⁊ ↄglutinatio quedã, sicut est nux cipressi, dragagantum, mirra ⁊ silia. deinde stringat sicut opȝ cum ligatione eius notata: ⁊ iaceat infirmus sup dorsum suũ. xl. diebus: ⁊ obseruet dietã que dicet inferius: ⁊ assumat de rebus stipticis ⁊ cõsolidatiuis in cibo ⁊ potu oĩ die, sero ⁊ mane, nisi uẽtris cõstipatio timeat: q si timet id assumat per interualla ex eis s. de tertio in tertiũ diem: cum surget nõ dimittat emplȝ neq; ligamẽtum alijs. xl. diebus: uel circiter illud si indiget illo. ¶ Et de emplastris bonis ↄferẽtib9 rupture est illud. qd fit de pelle arietina: ⁊ q̃litas ↄfectionis eius est sm hunc modũ. ℞. picis naualis. cere rubee. colofonie. añ. ℥. ij. litargiri. armoniaci. galbani. terbẽtine. masticis. thuris. radicũ ↄsolide maioris ⁊ minoris oium añ. ℥. v. sanguis humani ad libitũ ↄfice sic. accipe ilia pellis arietine: ⁊ pilis inde reiectis: decoque ipsam donec tota liquefiat: deinde dimitte aquã quiescẽ tribus horis: post hoc accipe p̃dictas res tritas ⁊ cribellatas: ⁊ cum p̃dicto sanguine cõfectas: ⁊ misce cum aqua pellis in cacabo: ⁊ fiat ut bulliat donec ad spissitudinē ⁊ nigredinē deueniat. deinde depone ab igne ⁊ fiat emplastrũ. ¶ Itē aliud bonum ⁊ expertũ. ℞. nucis cipressi. acatie gallarũ. balaustie añ. ℥. v. dragagãti. mirre. sarcocolle. thuris. gũmi ara. añ. ℥. iij. oĩa terant ⁊ cribellent ⁊ conficiant cum aceto. ¶ Item emplm̃ expertũ qd cõposuit Rasis in libro diuisionum. ℞. nucis cipressi. cipi. sansuci. gallarũ. acatie. gũmi arab. oium añ. p. e. dissoluat gũmi cum vino: ⁊ aggregent cum eo reliqua: ⁊ fiat emplm̃. ¶ Dieta patientis sit tenuis ualde: ⁊ abstineat ab oĩbus grossis cibarijs ⁊ inferẽtibus uẽtositatē: imo dent medicine que ipsam resoluãt, ⁊ fugiat motum supfluũ, ⁊ laborē ⁊ risum imoderatum, ⁊ tussim, ⁊ sternutationē, ⁊ clamorē nimium, balneũ aque calide: coitũ, ⁊ similia his que dilatãt rupturã. ¶ Modus aũt assumẽdi medicinas in potu ⁊ cibo est, ut coquant nuces cipressi in aqua mirti uel pluuialis ⁊ tẽpera ex ea vinuȝ ⁊ bibat: aut fiat puluis de radice cõsolide maioris ⁊ millefolio, ⁊ dent cũ vino calido, ⁊ fac iterum puluerē ex bolo ar. ⁊ sanguine dra. ⁊ mumia singulariter uel composite ⁊ det in cibo sorbili. ¶ Aut fiat istud electuariũ. ℞. ↄsolide maioris. nucis cipressi. picis grece. dragagãti masti. gũmi arab. boli ar. sang. dra. mumie oium añ. p. e. ⁊ de pilis leporis minutatim icisis ad libitum: oĩa terant ⁊ pulueriçent: ⁊ cum melle optime dispumato det sero ⁊ mane: qm̃ est mirabile. Hoc eniȝ est regimen curationis rupture cum modis medicinaꝝ ⁊ sm semitã rõnis. ¶ Multotiens vero mulieres sagaces absq; aliquibus medicinis suos sanant pueros quando incipiunt habere initium egritudinis ⁊ defendũt ne addatur cum brachalis ⁊ cum phibitione luctus, ⁊ uociferationis motus, ⁊ similiũ rupturã dilatãtium.

Quod si ruptura fuerit inguinalis nõ sanat cũ his medicinis sicut diximus: sed tñ ad cyrurgiaȝ recurrẽdũ est. Et opatio qdē cyrurgie est duplex: qm̃ fit per cauteriũ: aut fit per icisionē: ⁊ ego rememorabor ad p̃sens modũ opationis vniuscuiusq; sm discretiões antiquoꝝ. ¶ Qñ vero vis opari cuȝ cauterio: necesse est ut ifirmo p̃cipias q teneat anhelitũ donec appareat eminẽtia: deide reduc ipaȝ digitis tuis: ⁊ signa cũ enchaustro

uel alio simili sꝫ ruptura sup os pectinis cuꝫ signo: cuiꝰ extremitas sitis sit medietati circuli ad supiora corpis. Deinde resupinet infirmus sup dorsum suũ in scãno uel tabula: cuiꝰ vna extremitas sit altior altera quãtitate vniꝰ cubiti uel circiter: ita ut coxe eiꝰ sint eleuate ⁊ caput eius inferiꝰ sit depssum. Et ligent manus sup pectus suuꝫ: ⁊ corpus totum liget cum disco uel tabula ne ipe moueat apud opationẽ tuã: ⁊ coquas ubi est necesse: deide teneat minister manũ suã sup locũ rupture / ut nõ exeat itestinum / deinde cauteriũ ignitũ / qđ iam posueras ad ignẽ / sup pdictum signũ appone ⁊ firma manũ tuã ꝫm rectitudinẽ donec ꝯsequaris os: ⁊ si nõ fueris os ꝯsecutus in pma vice: tunc itera cauteriũ vice alia donec ꝯsequaris ꝙ est: q: si nõ ꝯsecutꝰ fueris os cum cauterio / paruꝫ ꝯfertur opatio tua: ⁊ caue sũma diligẽtia ne in hora cauteriçationis exeat intestinũ ⁊ cõburat: ueniãtqꝫ ex ea accñtia mala. Deinde curet cauteriũ cum butyro donec escara cadat: ⁊ post hoc vulnus cũ reliqs medicinis curet donec restauret: ⁊ iaceat ifirmus sup dorsum suũ .xl. diebus donec vulnus ꝯsolidet. Et postqꝫ surgit teneat brachale artificialiter factũ per alios .xl. dies / ⁊ obſuet dietã supius scriptã: sicqꝫ sanabit si deus uoluerit itegre. ¶ Oportet ꝙ in curatione huiꝰ rupture cũ ferro ifirmũ sup dorsum suũ iacere pcipias. deinde locuꝫ rupture ad quãtitatem triũ digitoꝝ ꝫm latitudinẽ seca: deinde scarna donec didimus detegat: ⁊ tunc accipe instrm ad modũ tẽte / ⁊ pone eius extremitatẽ sup locum eminẽtie in didimo / ⁊ reduc cum eo intestinum ad interiora uentris: deinde sue utrũqꝫ locũ qui ꝯtinet cuꝫ extremo instri: ⁊ ab utroqꝫ didimi latere vnũ eoꝝ annecte cũ altero cũ sutura: deinde extremitatẽ instri trahas ⁊ vulnerũ adhibe curationem. ¶ Et scias ꝙ cauteriũ pdictũ est meliꝰ ⁊ tutius ⁊ iã opatus suꝫ multotiẽs ⁊ nunqꝫ deceptus sum. antiqui autem relaxabant incisionem ⁊ cauterium eligebant.

Quando eminẽtia descẽdit ad bursam testiculoꝝ / ⁊ tunc aut ex lesione sifac: aut ex dilatatione ipsius. ¶ Et signũ ꝙ est ex lesione sifac: qm̃ descẽdit subito cum dolore uehemẽti usqꝫ ad ꝓfundum burse: ⁊ id est ꝓpter grauitatem ⁊ cursum intestinoꝝ ad exteriora sifac. ¶ Signũ vͦo ꝙ est ex dilatatiõe sifac est: qm̃ descẽdit paulatim in tpe longo ⁊ non subito: ⁊ neqꝫ usqꝫ ad ꝓfundum: ⁊ illud est ꝓpter leuitateꝫ uẽtositatis. ¶ Et intestina qdẽ ⁊ çirbus redeũt cũ difficultate / ⁊ uẽtositas absqꝫ difficultate: ⁊ iterũ çirbus ⁊ intestina redeunt cũ minori gurgulatione: sed uẽtositas cũ plurima: ⁊ fortasse aggregat stercus itestinis: ⁊ tunc ifirmo accidit dolor prauus: ⁊ pcipue qñ pmunt ad interiora: imo fortasse sequit inde mors. ¶ In curatiõe aũt huiꝰ incisionis seu rupture / raro uel nunqꝫ ꝯferũt medicine: imo curatio eiꝰ est curatio ferri: ⁊ tunc erit cum ea timor magnus: qm̃ multotiẽs accidit sup infirmũ malitia magna ⁊ morit de facili. Quapropter amice nõ est psumptio: ut accipias hãc curã ꝓpter cupiditatẽ lucri: nisi qñ rogatus es ab infirmo ⁊ amicis suis / ⁊ eris ab eis ueniã ꝯsecutus: ⁊ huiusmodi qdẽ intẽtio nõ est negligẽtie cõmittẽda: ⁊ in oibus aliis egritudinibꝰ timorosis: qm̃ est salus tui corporis ⁊ defensio turpis fame: ⁊ nõ opꝫ etiã ut senex medicinet siue curet curatione ferri: imo sufficit ut ꝯseruet cuꝫ brachali ⁊ dieta. ¶ Modus vͦo opatiõis cũ ferro est ut iubeas infirmo ꝙ reducat intestina manu sua ad interiora uẽtris: ꝙ si nõ obediũt reditui / tunc fiat clisteriçatio ut alleuiet de supfluitatibꝰ suis. Deinde sedeat ifirmus in aqua calida multotiẽs: ⁊ vngat locus cũ lenitiuis donec redeãt: post hoc ifirmus resupinet sup scãnuꝫ uel tabulã pparatã: sicut iam diximus ita videlꝫ ut crura eius sint eleuata ⁊ caput depssum inferiꝰ: ⁊ liget cum tabula tribꝰ fasciis in tribꝰ locis. s. vna in tybiis ꝓpe calcaneuꝫ: ⁊ alia in coxis ꝓpe genua: ⁊ tertia in pectore cũ qua etiã ligent manus: deinde testiculus ducat usqꝫ ad rupturã: ⁊ ponat minister digitũ suũ sup locũ rupture / ut nõ exeant intestina. deinde seca pelliculã supra testiculũ ꝫm lõgitudinẽ: ⁊ sit sectio ꝫm quantitatẽ qua sit possibile / ut ex ea testiculus egrediat. Postqꝫ egressus fuerit pcipe ministro ut extẽdat ipꝫ ad supiora ⁊ tu scarna didimũ usqꝫ inguinẽ cũ instro aliquo nõ ualde acuto: aut cuꝫ vnguibus qđ est saluiꝰ: ⁊ tunc quere digitis tuis ne sit aliqđ ex intestino in didimo: ⁊ si inueneris aliqđ ex eis impelle ipm iterius: deinde accipe acũ magnã quadratã in qua spacus sit fortis ⁊ sue didimũ iuxta inguẽ: ⁊ liga eum inuolutione plurima uehemẽter. capitaqꝫ ipsius spaci deforis pẽdere dimittant. tũc positis tabulis cuꝫ ferro lato bene ignito iux ligamẽ ꝫm rotũditatẽ didimi incidatur ⁊ cũ duobꝰ aliis cauteriis uehemẽter ignitis decoquat. Caue tñ ne cõburas uel incidas aliqđ ex ligamẽto. Deide seca in iferiori pte cutis testiculoꝝ / ut sanguis ⁊ sanies educat ⁊ administret in vulnere lana ⁊ stupa in albumine oui ⁊ oleo ro. madefacta: ⁊ ponat liciniuꝫ in sectione quã inferiꝰ fecisti ⁊ liget desup ligatura ꝯueniẽti. deide soluat patiẽs a ligaminibꝰ suis prius ⁊ portet caute sicut cadauer in lectũ mollẽ ⁊ bñ paratum: ⁊ ita locet in eo / ut pedes aliquãtulũ sint altiores capite ⁊ diligẽter coopiat ⁊ maxime si fuerit hyems ne frigus eũ capiat ⁊ supueniat pp illud accidẽs malũ: ⁊ caueat quãtũ põt ab oibꝰ accidẽtibus aie: sicut ira / tristitia / ⁊ similia. ⁊ dimittat ligamẽtum septẽ diebꝰ: qđ si post septimũ diẽ non ceciderit ligamẽtum: tũc embrocet locus cũ oleo ⁊ aqua calida donec cadat: deinde cesset aqua calida ⁊ oleũ: curetur qꝫ vulnus cũ exiccatiuis donec sanet: ⁊ rectũ est etiã quotiens mutat vulnus: tunc inungant ptes inguinũ cum oleo tepefacto: qm̃ est prohibens malitiam super vulnus.

¶ De hernia ꝫm oẽs eius spẽs: ⁊ de apate testiculorum ⁊ relaxatione cutis eoꝝ. Cap. XI.

Pecies hernie que accidunt in bursa testiculoꝝ pter herniã intestinalẽ. Gñaliter tres dicunt esse: quarum vna est aquosa: alia uẽtosa: tertia carnosa. ¶ Aquosa enim hernia nihil aliud est nisi aggregatio humiditatis: ⁊ cã eius est debilitas testiculoꝝ: quare mã festinat ad eos: ⁊ qñqꝫ accidit ex pcussione sup testiculos: ⁊ signũ eius est grauitas ⁊ splendor / ⁊ q: cũ tãgit cedit tactui. ¶ Curatio eius est ut incidat cutis testiculoꝝ sectiõe ampla ꝫm lõgitudinem. Deinde pfora ⁊ aquã extrahe totã ⁊ inuestiga ꝫm diligentiã tuã ne testiculus sit corruptꝰ / ꝙ si corruptꝰ fuerit cũ ferro calido incidat ⁊ extrahat. deide curet vulnus cuꝫ eo ꝙ ꝯuenit donec sanet: ⁊ qñ dimittit testiculus corruptus facit egritudinẽ redire. imo multotiẽs redit absqꝫ corruptiõe testiculi / ⁊ iterũ idiget pforatiõe / nisi cauteriçet post pforationẽ ⁊ euonem suã. ¶ Cũ aũt fuerit hernia ex uẽtositate qđ cognoscit per extẽsionẽ sine põdere ⁊ lenitate tactꝰ ⁊ etiã per alia signa in pcedẽti dicta: ⁊ tũc curatio eiꝰ est extenuatio uẽtositatis. ¶ Si vͦo fuerit ex carnositate signũ est grauitas ⁊ grossities ⁊ durities cuꝫ paruitate doloris / ⁊ cã eiꝰ est effusio mãei ad testiculos aut pcussio. ¶ Curatio aũt eiꝰ est ut incidat cutis testiculoꝝ ⁊ excoriet usqꝫ ad supiora: deinde extrahe didimũ ⁊ testiculũ ⁊ elibera eos ab oi pte ex illa carnositate. ¶ Uerũtñ si testiculus iã ꝯsolidatꝰ est cũ carnositate illa: opꝫ ut incidat ⁊ extrahat cũ ferro calido pp timorẽ sanguis emanãtis. qm̃ ut dicit Hali. difficile est ipm mitigare: ⁊ pp hoc ab hac opatione multi deficiũt. deinde suat vulnus ⁊ curet cum eo ꝙ ꝯuenit ex medicinis donec sanetur.

Preterea qñqꝫ accidit ut apent ipsi testicli apate calido aut frido ex humore ad ipos reumatiçãte. ⁊ signũ apatis calidi est pulsatio uehementis caliditatis tactus ⁊ coloris rubedo. Signũ vͦo apatis frigidi est / qm̃ color eius assimilat colori cutis corporis eius neqꝫ ipm comitat dolor. ¶ Et curatio apatis calidi est cũ flõmia basilice i pnꝰ ⁊ emplastatio cũ repcussiuis:

deinde sedet pulsatio z emplastret locus cũ resolutiuis
lenietib⁹/sicut est camomilla/farina fabarũ z filia. ¶ Cu/
ratio apatis fridi est resolo tm̃ z nõ repercussio.

Insuper multotiẽs relaxat cutis testiculoꝝ sine
ipsis testiculis: z iferi⁹ turpiter pẽdet: z
tunc si uocaris ad eius curã incide cutẽ eius nãlem. de/
inde aggregent labia vulneris cũ sutura z cura vulnus
cum reliqua curatione vulneris donec sanetur.

¶ De hominibus castrandis. Cap.XII.

c Astratio est res que destruit uel ex/
tirpat id qd̃ est in aialib⁹ nã
le: z qꝛ licitũ est qñqꝫ terre potẽtib⁹ pro custodia
suarũ ṽginũ hoĩes hos hr̃e: idqꝫ placet mihi in lib⁹ meo
de castratiõe rememorationẽ facẽ. ¶ Fit ḡ castratio ꝑm
duos modos. Quoꝝ vnus est per attractionẽ z alter per
icisionẽ. opatio illi⁹ qd̃ fit per attractionẽ est ut facias aial
sedẽ in aqua calida donec mollificent eius testiculi z pẽ
deant: deinde ꝯtere eos donec resoluant subter manus
tuas/ut nõ appareãt amplius sub tactu manus: z huius/
modi castratio pueris est ꝯueniẽs. ¶ Castratio aũt que
fit per incisionẽ diuidit ꝑm duos modos. Quorũ vnus
est ut icidant testiculi cũ ṽga: z alius est ut incidant solũ
testiculi. Et opatio ꝓmi modi est ut testiculi z ṽga a suis
radicib⁹ fortiter alligent: deinde a loco alligationis cum
rasorio totalr̃ icidant z sanguinẽ stringẽtia supponant.
¶ Opatio aũt scd̃i modi cũ quo tm̃ testiculi amputant
est ut cutim z testiculos manu tua ad iferiora trahas: deĩ
de ligent: z sic icide sup vnũquẽqꝫ testiculũ sectiõe vna:
z excoria donec egrediant: deĩde amputa eos z sue vul
nus: ac cura ipm̃ cum reliqua curatione vulnerũ donec
sanetur. z modus iste est melioꝛ qꝫ ille qui fit per attracti
onem: qm̃ ex attractione remanet aliquid ex testiculis:
vnde vir postea desiderat coitum.

¶ De hermafrodita. Cap.XIII.

h Ermafrodita ut dicit Hali. est
passio innãlis z
turpissima ualde viris: cui⁹ spẽs sunt tres in vi/
ris z vna in mulierib⁹. Prima eni viroꝝ est ꝙ apparet ĩ
cute testiculoꝝ in eo qd̃ est iter duos testiculos. Figura
q̃si fit vulua mulieris z sunt in ea pili. Scd̃a spẽs est ꝑm
eundẽ modũ: tamen per eam fluit urina. Tertia quidez
similis: tm̃ ex ea non effundit urina. ¶ Illa ṽo que est in
mulierib⁹ est qñqꝫ sup vuluã mulieris in pectine tanqꝫ
masculi pui depẽdẽt virilia: z sunt tria coꝛpa oĩno foras
eminẽtia: quoꝝ vnuz est sicut ṽga: z duo sicut testiculi: z
oẽs iste spẽs curant z sanant: ꝑter illaz que fit in viris p
quã uria effluit. ¶ Et modus curatiõis ei⁹ est ut seces il
las carnes supfluas sectione qua nõ remaneat ex eis ali
qd: deĩde cura locũ cũ reliq̃ curatiõe vulneꝝ dõec sanet

¶ De uerucis z poꝛris z clauo z foꝛmica accidentibus in
virga z in alia parte coꝛporis. Cap.XIIII.

v Eruce multotiẽs accidũt in ṽga z in oĩ
pte coꝛpis. z maxime in manib⁹
z pedib⁹ ex malis q̃litatib⁹ quas nã expellit ad
exteriora. Earũ ṽo alie sunt dure z alie sunt molles. Sz
que dure sunt ex colerica sunt nigra: molles aũt ex fl̃ate.
¶ Ipsarũ ṽo curatio est ut ꝓmo purget humoꝛ qui fecit
accidere moꝛbũ: deinde sup locũ ponẽda sunt desiccãtia
que sunt sicut oleũ mirtinũ ro. cinis ramoꝝ vitis cũ ace/
to distẽperato: z silr̃ acatia bolus ar. cũ oleo ros. His ṽo
nõ ualẽtib⁹ ponẽda sunt acuta coꝛrosiua/sicut est calx vi/
ua distẽperata cũ aqua saponis z silia: que si nõdũ suffi/
ciãt suspẽdant cũ vncinis z icidant: deĩde ponat sup lo
cum medicamẽ acutũ ut putrefiat radix que remansit z
ꝯsumat: aut caute¬icet cũ ferro cãdẽti: qd̃ si patiẽs nõ to/
lerauerit sectionẽ: tũc ligent cũ filis de sirico strictiõe ue
hemẽti: z dimittat ligamẽtũ donec fiat solo cõtinuitatis:
deinde ponat medicamẽ acutũ z curet sicut meretur ex
medicamine. ¶ Et scias ꝙ cũ accidũt in capite ꝓputij:
semp sunt molles: q̃re nõ retinet in eis vncinus. opz er/
go ut mũdifices z incidas eas cum foꝛpicibus.

Clauus est caro callosa dura atqꝫ rotũda silis cla/
ui. z est ꝑm colorẽ coꝛporis/z fit in oĩ pte
coꝛpis/z utpl̃m in pedib⁹ z in eoꝝ digitis/z iducũt dolo
rem ifirmo apd̃ ambulationẽ. ¶ Curatio ṽo ei⁹ est ut cõ
cauet in circuitu. deĩde cũ foꝛcipib⁹ uel cũ alio istr̃o radi
citus extirpet. deinde cauteriça locũ donec sanetur.

Jam sciuisti curationẽ foꝛmice cũ modis me
dicinarũ ꝑm ꝯueniẽtiã: z nũc oꝫ
te scire opationẽ cũ manu qñ modus medicinarũ nõ cõ
fert: z est ut ꝯcauet in circuitu z ext̃hat sicut diximus de
clauo. G. aũt narrauit ut accipiat de canula pẽne anseris
aut vulturis foꝛtis aut ferri uel eris. cuius extremitas sit
acuta: z sit ꝑm quãtitatẽ foꝛmice: deinde ponat ei⁹ caput
sup foꝛmicã ut circulus suus recipiat eã ex oĩbus ptibus
suis: deinde reuolue canulã cum manu tua donec icida
tur in circuitu foꝛmice usqꝫ ad ꝓfunduz carnis eradicet
ex radice sua: deinde si vis cauteriça eam cura cum me/
dicinis exiccatiuis donec sanetur.

¶ De emoꝛroydibus. Cap.XV.

e Moꝛroydes sunt qnque uene
que terminant in
circuitu ani deputate a nã ad expellenduz san/
guinẽ grossuz melicũ qui in coꝛpe abũdat: z cã earuz est
extẽsio z inflatio ex illo humore ꝓueniẽs: vñ ꝯtingit ut
fiat uenarum disruptio: z aliqñ accidit ex nimia siccitate
istas uenas ꝯstigẽte. z emoꝛroys qdẽ dicit ab emos gre
ce qd̃ est sanguis z roys qd̃ est fluxus idẽ emoꝛroydes
q̃si fluxus sanguis per iferiora. ¶ Sunt aũt emoꝛroy/
des ꝑm duos modos: aut sunt intra anũ: z tunc sanguis
exit ex eis semp. aut sunt ext̃ anũ in extremitatib⁹ eius: z
tũc exit ex eis aq̃ citrina aut parũ sanguis cursu assiduo
z sunt ꝑm coꝛpis colorẽ. ¶ Cũ ergo vis curare ꝓmo flo
bothoma patientẽ ex uena basilica: deĩde si emoꝛroydes
sunt iteri⁹ z nõ apparẽt ext̃hant cũ uẽtosis: aut ꝑcipe infir
mo ut assellet z exꝓmat se: donec egrediat anus z appa
reãt emoꝛroydes: z si nõ obediat anus egressioni: tũc cli
steriça iñrmũ clisteri parũ moꝛdicatiuo: deĩde ꝓijce vn/
cinũ in eis z suspẽde aut teneas cũ vngue tuo: deĩde inci
dat apud radicẽ suã: ꝙ si nõ retinet in eis vncinus pp hu
miditatẽ ipsarũ: tũc capias cũ pãno aspero z ext̃he cũ digi
tis tuis. deĩde icide: pulueriça sup eas medicamẽ acutũ
post icisionẽ aut cauteriça eas. deĩde curet loc⁹ cũ reliq̃
curatiõe vulnerũ donec sanet. ¶ Si ṽo emoꝛroydes
sunt exteri⁹: tũc res erit facilis. accipe ḡ eas cũ vngue tuo
aut cũ vncino z icide ipsas apd̃ radicẽ suã sic ꝑcessit nar
ratio. deĩde pone medicamẽ acutũ aut cauteriça eas. z si
ifirmus timet icisionẽ cũ ferro quelibet emoꝛroys liget
cũ filo de sirico z foꝛtiter strigat z sic dimittat donec p se
cadat. deĩde locus curet sic supi⁹. S tñ ꝑnotato ꝙ si emoꝛ
roydes antique fuerit semp ex eis vna relinquat ne foꝛ
tasse ueniãt sup ifirmuz accñtia mala sicut ydropisis: aut
sic ptisis: aut mania uel mel̃ia. testãte hyp. emoꝛroydas
sanare antiquas: si nõ vna relicta fuerit periculum est.

¶ De fistulis accidentibus in ano. Cap.XVI.

m Ultotiens accidunt fistule in ano
ex ulceratiõe emoꝛroy/
darũ: aut ex vulnerib⁹ ul̃ apatib⁹ que accidunt
de foris ꝓpe anũ: z maxime qñ expectat in eis cõplemẽ
tum digõnis. ¶ Et ex eis sunt penetrãtes z nõ penetrã
tes. ¶ Et signũ penetrãtiũ est qm̃ egredit aliqd ex eis
ex egõne uel uẽtositate: z qñqꝫ egredit cũ eis uermis: z
z cũ itromittis ẽt digitũ in anũ patiẽtis z tẽtã per orifici
um fistule sentis ipam tentã cũ digito tuo a pte iferiori.
¶ Ceterũ penetrãtiũ alie penetrãt ꝓpe marginez ani
ꝑm magis z minus in qb⁹ spectat sanitas: alie penetrant
usqꝫ ad uesicã uel ad meatũ ṽge: cui⁹ signum est exitus
urine per eam: z tũc nõ est extimãdũ ut ꝯsolidet locus

cum medicinis ꝓpter dissolutionē urine. ⁊ iterum alie
penetrāt usqȝ ad os coxe uel usqȝ ad nodū caude/ ⁊ tunc
signū est ꝙ tenta puenit usqȝ illuc si nō est tortuositas in
meatu: ⁊ in oib⁹ istis fistulis penetrātibus p̄ter eas que
penetrāt ꝓpe marginem ani nō est curatio nec sanatio.
⁊ curatio earū ut dicit Albuca. est labor ⁊ uanitas ex stul
tis medicis sup quā formātur: nō penetrātium aūt cura
tio est facilis/ sicut est scitū in caplo ulti. Uerūtn̄ cauteriū
ignitū est magis ultimū in iuuamēto curationis ei⁹ elar
gato posteriori orificio/ ⁊ ipsius ꝓfunditate diligēter in/
uestigata/ sicut te scire feci in caplo. 5. quatenus nō deci/
piaris cum cauterio/ sitqȝ tēta cū qua inquirit fistula sb/
tilis ualde: ⁊ silr cauteriū cum quo cauterizas eā sit sbti/
le sm amplitudinē eius. ¶ Uerū curatio fistularum pe
netrātium ꝓpe marginē ani/ sicut p̄cessit narratio: fit sm
duos modos. quoꝝ vnus est per incisionē cum constri/
ctione spaci. ⁊ scd̄s est per incisionē cum ferro. ⁊ opatio
primi modi est ut accipias tentā plūbeā pforate extremi
tatis/ sicut est acus/ ⁊ intromitte in eā spacū ex filis ex li/
no aut ex serico: deinde intromitte digitū tuuȝ indicem
vnctū in oleo in ano patiētis/ ⁊ tentā in fistula/ donec cō
sequaris eius ꝓfunditatē/ ⁊ sentias ipsaȝ totā iā ad digi/
tum penetrasse/ ⁊ bis replica caput tēte/ ⁊ in ipo digito q
est interius/ ⁊ extrahe postea per anū: deinde aggrega du/
as extremitates spaci/ ⁊ stringe ipm strictione bona/ do/
nec incidant ille carnes que sunt cōprehēse cū eo: ⁊ q̄to
magis spacus incidit carnes: tāto plus in eius addas stri
cturā: ⁊ pone tunc si vis medicamē acutū in fistulā ut ite
rū mortificet ⁊ fit in adiutorio casus eaꝝ carniū: deinde
curet locus cuȝ reliqua curatione vulnerū donec sanet.
¶ Opatio aūt scd̄i modi est ut nō stringat spacuȝ: sicut
narratū est ad incidēdum carnes cū eo: sed ligentur tm̄
ipsi⁹ extremitates simul: ⁊ ut sit iste spacus fortior ⁊ gros/
sior illo qui carnes incidit: deinde extēde spacū cum vna
manuū tuarū uersus exteriora/ ⁊ cuȝ altera manu tua in
cide illas carnes que sunt inter illas duas extremitates
spaci cum instro curue extremitatis/ sm figuram falcis:
aut cum rasorio donec spacus integer liberet: ⁊ tunc fit
occupatio in mortificatione fistule: qꝛ lȝ qdā dicāt ꝙ nō
est opus mortificare eam/ sed tm̄ incidere ⁊ curare eā cū
medicina carnis creatiua: mihi tm̄ nō videt id tutū. Dei
de curet locus cū eo qd̄ ꝯuenit donec sanet. ¶ Et scias
ꝙ iste modus est melior ⁊ saluior. Primo qdeȝ est qꝛ in
incisione cū ꝯstrictione spaci longingus est dolor ⁊ cōti
nuus: ⁊ ex hoc timet ne sup infirmū spasmus accidat cū
eo/ qd̄ est: qꝛ locus ille cartillaginosus est/ ⁊ extremitate
longaonis terminat lacertus ꝯtinēs anū: imo qn̄ accidit
id necesse est succurrere ⁊ spaci ꝯstrictionē laxare. in ici/
sione aūt cum ferro nō est tātus timor pp abbreuiatiōes
opis. ¶ Et iteꝝ scias amice ꝙ sm̄o quē audiuisti est me
us ⁊ nō est existimādus ut alia semita: aut rō in curatiōe
fistule penetrātis: qd̄ est/ qꝛ multotiēs ꝓbaui/ nec aliquē
sanare potui: nisi sm viā quā narraui tibi: videlȝ per in/
cisionē totius partis/ ⁊ declinat ad illud intētio antiquo/
rum. ⁊ p̄cipue Rasis in lib° diuisionū cuȝ dicit. Fistule
quidē penetrātes nō sanant nisi cū ligatione ⁊ excisione
cum falce: ⁊ causa q̄re nō sanat fistula penetrās absqȝ to/
tali icisione carniū: nō assignat ab auctorib⁹. Mihi autē
videt ꝙ accidit ꝓpter impedimētū egestionis ⁊ humidi
tatum que remanēt intus in ꝓfunditate fistule. Uerum
postq̄ȝ incidit locus nō retinet aliqd̄ ex eis: qꝛ nō est ca/
uernosus sed equalis. ¶ P. ꝯtingit qn̄qȝ ꝙ fistula non
est penetrās sed ꝓpinqua penetrationi/ qd̄ scit. qn̄ eniȝ
ponis digitū in anū ⁊ tētā in fistulā ⁊ ingrēdo sentis ꝙ
inter digitū ⁊ tentā nō est aliqd̄ nisi solū uelamē. Et tūc
sicut periti ueteres iā dixerunt: necesse est ut ipas facias
penetrare: dūmodo multā nō hēant ꝓfunditatē: qm̄ tūc
sie ꝓhibitio ad hoc/ ꝓpter incisionē lacerti/ ⁊ q̄to fistula
est minoris penetrationis/ tāto magis facilioris curatio
nis ⁊ minoris pauoris: ⁊ quāto magis est ꝯ̄rio illius: tā
to est maioris timoris: qꝛ tunc timet ne ꝓcessus incisio/
nis pueniat ad lacertum ꝯtinētem anum/ sicut diximus/
⁊ accidit sup infirmo egritudo deterior prima: videlȝ exi
tus egestionis absqȝ uoluntate.

¶ De lapide qui generatur in uesica. Cap. XVII.

Lapis aliqn̄ gn̄atur in renibus/ aliqn̄ in
uesica/ ut dicūt auctores. Juueni/
bus sm plurimū lapis gn̄atur in renib⁹: ⁊ pue/
ris in uesica: cui⁹ collū strictū est ꝓhibēs mām exire vn̄
lapis efficit. Uerū de curatione lapidis que ꝯgregat in
renibus nō rememorabor in libro meo: qꝛ nunq̄ȝ curat
bn̄ficio cyrurgie: sed de lapide qui nascit in uesica: sup
quem cadit opatio cyrurgie sum narrans cum abbreuia
tione sm̄onis. ¶ Dico ergo sm sn̄iam antiquoꝝ: ꝙ cau
sa quare lapis nascit in uesica est humor grossus ⁊ visco
sus. Et significationes quib⁹ certificat in ea plures sunt
nā ex eis est ꝙ urina egredit ex uesica alba ⁊ subtilis, cū
fece harenosa circa p̄ncipium: ⁊ cum difficultate ⁊ dolo/
re uehemēti circa ptes pectinis: ⁊ puer tenet v̄gā mani/
bus suis ⁊ fricat ⁊ laborat cum ea ⁊ erigit sepe virgam: ⁊
egredit anus: manuqȝ tractata uesica quasi duruȝ sentit
in ea. ¶ Spēs v̄o lapidis multe sunt ⁊ diuerse. nā alius
puus/ alius magn⁹/ ali⁹ lenis/ alius asp/ alius lōgus/ ali⁹
rotūdus/ ⁊ alius ramosus. Illius v̄o qui est lenis ⁊ rotū
dus: facilis est egressio: ⁊ illius qui est asper longus ⁊ ra
mosus egressio est difficilior: quare necesse est ut addas
in eius incisionē. Iterū ut dicit Rasis. alius est qui fran/
git cuȝ medicinis: ⁊ alius est qui nō frāgit cuȝ medicis
⁊ ꝓpter hoc necesse est aliquo tpe ꝓbare cuȝ medicinis
anteq̄ȝ incidat: ⁊ ex his medicinis sunt sicut acorus/ spi/
ca/ calamus aromaticus/ semen apij/ ⁊ petrosellini/ cassia
lignea ⁊ ciperus/ costus/ ⁊ silia. ex medicinis apitiuis ⁊
incisiuis/ cōposita uel simplicia: cum succo apij uel feni/
culi: aut iura ciceris nigri: ⁊ cōfert mirabilr in hoc cinis
scorpionis ⁊ cinis cycadarū. ⁊ ultimus ex eis est sanguis
hircinus. ¶ Cū aūt curat infirmus per mēsem studiose
cū modis medicinarū ⁊ nō sentit alleuiationē nec ꝓuo
cat urina neqȝ cū ea egredit harena: extima ꝙ lapis est
durus ⁊ ꝯfirmat⁹ ⁊ durus ad frāgēdum. tūc ergo recur/
rendū est ad cyrurgiā. Uerūtn̄ nō est p̄sumptio ut extra
has lapidē viri qui iam ꝓcessit in etate: neqȝ si lapis fue/
rit supfiue magnus. qm̄ sicut dicit Albucasis: timēdum
est ne incidat aliqd̄ ex uesica ⁊ moriat infirmus: aut ne
accidat ei distillatio urine assidua: ꝓpter qd̄ nō ꝯsolidat
locus oino. ¶ Et iā determinatū est ab antiquis prudē
tibus ꝙ curatio lapidis cū ferro est facilis in pueris: quo
usqȝ ꝯsequant. xv. annos: ⁊ difficilis in senib⁹. qm̄ ut di
cit Albucasis. eoꝝ mēbra sicca sunt. Quare eoꝝ vulne/
ra vix cicatricē inducūt. In iuuenib⁹ aūt curatio est me/
dia: ⁊ eius cuius lapis est magnus: curatio est facilior: ⁊
minor est ꝯ̄rium illius/ ⁊ hoc iō/ qm̄ lapis magnus sub/
mergit ad ꝓfundū ꝓpter suā grauedinē/ vn̄ citius inue
nit/ ⁊ facilius ad locū incidēdi ꝯducit: ibiqȝ securi⁹ reti/
net. ¶ P. illis qui nō sunt incidēdi sbueniat sm hunc
modū: ⁊ est ut patiēs balneet in aqua ubi cocte sunt her
be lenificātes/ sic malua/ viola/ mellilotū/ ⁊ silia: ut mea/
tus urinales elargent: deinde instrm eneū uel argēteuȝ
qd̄ dr̄ siringa: oleo uel butyro inunctū in virga cum fa/
cilitate intromittat ⁊ suauiter cum eo lapis a collo uesi/
ce remoueat ⁊ usqȝ ad fundum uesice impellat. Agunt
enim quidā aliter ⁊ intromittunt digituȝ in anum: ⁊ cuȝ
ipso collum uesice tractant: sicqȝ paulatim remouent ad
fundum ⁊ ad profundum uesice premunt.

Cum autē lapidē extrahē uolueris: opȝ in primis
ut mūdificet īfirmus cū clistē ꝙ exe
at totū stercus ab itestinis ne ꝓhibeat inuētionē lapidis
cū ingrit: aut ieiunet duobus diebus ⁊ parū mādūcet:
sitqȝ cib⁹ eius sorbilis ⁊ lauatiuus: pueri tm̄ qui nō sunt

clistericādi z nequeūt ieiūare ; ꝓhibeaꝫ imo illis duob⁹
dieb⁹ nō māducēt ad libitū sed mēsurate. Deide ꝑcipe
infirmo ut de loco ad locū multotiēs saliat ad locū decli
uem:ita ꝙ lapis moueaꝫ a supiori pte uesice z ad colluꝫ
descēdat:deide ꝑpareꝫ scānū in loco lucido:in extremi/
tate cui⁹ sedeat aliqs vir qui patientē teneat añ se:eius tñ
coxe cū longa fascia ligenꝫ bñ ad colluꝫ ut tota uesica sit
decliuis ad inferiora:aut vir qui tenet accipiat ei⁹ crura:
z maxime si fuit puer z leuet ad supiora nec dimittat ipa
donec opatio cōpleaꝫ. Deinde vnge in oleo digituꝫ sini
stre man⁹ z intromitte eū in anū patiētis:z cū altera ma
nu tua p̄eme uesicā supra pectinē inferi⁹:z pquire de la
pide donec stet sub digito tuo:z duc eū paulatim ad col/
luꝫ uesice:deide p̄eme sup ipm digitū tuū z impelle eū
ad inferiora uersus locū in quo vis incidere:z ꝑcipe mi
nistro tuo ut extēdat testiculos z v̄gā ad supiora cuꝫ ma/
nu sua z cū altera manu remoueat cutim que est sub te/
sticulis a pte in qua debet fieri sectio:z tunc incide super
ipm lapidē iter anū z testiculos:z non tñ in medio:imo
in latere sinistre natis:z sit sectio ꝯm longitudinē:exteri
us tñ ampla iteri⁹ stricta:ꝯm quātitatē qua possibilis sit
egressio lapidis:deide intromitte instrm curue extremi
tatis qꝺ p̄ta uocaꝫ z exͤhe cū eo lapidē:z multotiēs ex cō
p̄essione digiti qui est in ano lapis apud sectionē egre/
diꝫ absqꝫ difficultate z absqꝫ intromissione instri p̄dicti.
¶ Si v̄o lapis est plus q̄ꝫ vnus.tunc ꝑcipit Albucasis
ut p̄emas in p̄mis magnū ad os uesice:deide icide sup
ipm z exͤhe vnū:post hunc ipelle paruū:z sic silr facias si
sunt plures duob⁹. ¶ Cū aūt cōpleueris opationē tuā:
tūc administra puluillos in aq̄ frida z oleo ro.uel oui al
bumine madefactos ut sedeꝫ apa calidū. Deinde aggre
ga duas coxas patiētis si fuerit puer z liga eas cū fascijs
decēter:quatenus medicamē positū sup vulnus ꝯseruEꝫ
cum aūt aq̄ calidū sedatū fuerit:fomēta locū sero z ma/
ne cū aqua decoctiōis malue z viol. z silium:ut mitigeꝫ
ardoꝛ urine z largenꝫ meatus:per quos si aliq̄ superflui
tas remansit exeat libere cū urina:vulnus aūt post colli
uesice ꝯsolidationē si magnū fuerit cum sutura:aggrega
eius labia labijs aliquātulū cuꝫ instr̄o renouatis donec
sanguis ꝓijciꝫ. Deinde cureꝫ locus cū reliqua curatiōe
vulnerū donec saneꝫ. ¶ Et scias ꝙ multotiēs accidit ꝙ
sanguis ꝯgelaꝫ in uesica z fiat ibi apatio z urine ꝓhibi/
tio ꝯsequaꝫ. Et signū eius est egressio sanguis cū uria:
ꝓpera ergo tūc z illū exͤhe sanguinē cū digito si vulnus
fuerit amplū:z si paruū cū tēta. Nā si nō exͤhiꝫ ille sāguis
fiet putrefactio z corruptio in uesica. Deinde abluaꝫ vul
nus cū aceto z aqua. ¶ Et opꝫ ut sollicites mentē tuam
circa hoc qꝺ narrabo tibi:z est ꝙ qñ rogaris in curatiōe
lapidis nō accipias ꝯmonē illoꝝ qui p̄us uolunt lapideꝫ
querē/deinde post spatiū extrahē.nā illud est erroꝛ z du
plicatio doloris sup infirmū. Uerū cuꝫ lapidē uolueris
inquirere ꝑparatio p̄us necessaria.s.instr̄a z medicinas
que sanguinē restringūt:deinde quere z cuꝫ inueneris
nō dimittas ipm spe curatiōis cū incisione alia vice:imo
ilico exp̄me. Multotiēs qppe magis grauat inq̄sitio pa
tientē q̄ꝫ sectio. ¶ Et ex instr̄is que exͤhūt lapidem sint
apud te plurima z diuersificenꝫ inter paruitatē z magni
tudinē z curuitatē ipsarū extremitatū ut administreꝫ ex
eis qꝺ magis est ꝯueniēs apud necessitatē. ¶ Preterea
qñqꝫ accidit ut cū lapis est paruus ad v̄ge meatū ascen/
dat z ex eo urine ꝓhibitio ꝯsequaꝫ:tūc accelera curatio/
nē eius ꝯm ꝙ narro tibi.i.si liges v̄gā cū filo vno sub la
pide ne lapis redeat ad uesicā z ligeꝫ iterū cum alio filo
supra lapidē. Deinde seca sup ipm lapidē in ipa v̄ga iter
duo ligamēta z exͤhe ipm:z facta solone ligamētoꝝ vul/
nus a sanguine mūdificeꝫ:z nō est necesse ligamētuꝫ su
perius:nisi q: qñ soluiꝫ filum post lapidis extractionem
redeat cutis ad locū ꝓpriū z tegat vulnus:quare opoꝛtet
apud ligationē fili ut extēdaꝫ cutis ad supiora:ut cum re
dit vulnus cooperiatur:qm̄ facilius incarnatur.

Lapis in mulierib⁹ raro gñatur.q: sicut testaꝫ Cō
stātinus mā vnde lapis gñaꝫ uel cōgregaꝫ
nō coadunaꝫ/ꝓpterea/q: collū uesice earū est carnosuꝫ:
foramina sunt larga z nō multū tortuosa. ¶ Et curatio
lapidis in mulierib⁹ est difficilioꝛ q̄ꝫ in viris:ꝓpterea q:
locus icisionis sup lapidē mulierū nō est ꝓpinquus lo/
co lapidis : q̄re necesse est ut incidaꝫ locus ꝓfundius z
in hoc est timoꝛ.sicut testaꝫ Albucasis. ¶ Uerūtñ cū ad
id ꝓuocat te necessitas opꝫ te ꝯsiderare in p̄mis an mu/
lier sit v̄go an corrupta:ꝙ si fuerit virgo ponat medicus
uel medica digitū sinistre manus in anuꝫ eius z querat
de lapide. Cūqꝫ inuenerit eū coartet ipm sub digito suo
z gradatim ad iferiora reducat z ipellat sicut ꝑcessit nar/
ratio donec ducaꝫ ad radicē coxe . Deinde incide super
ipm z incide sicut te scire feci. ¶ Si v̄o mulier corrupta
fuerit:tunc ꝑcipe mulieri medice aut alicui obstetrici lo
co eius si inueniri nō poterit que sit bñ docta iter mulie
res ut ponat digitū suū in vuluā infirme z inquirat lapi
dem:z cū posuerit manū suā sup uesicā cōp̄imat eā infe
rius:cū aūt inuenerit cōp̄imat ad iferiora donec perue/
niat ad radicē coxe. Deinde incide sup ipm apud opa/
tionē medietatis vulue in radice coxe z extrahe.

¶ De cauterijs. Cap.XVIII.

Cauterium est res ualde corpori in
uatiua : qm̄ adiuuat ad
ꝯfortādum mēbra ꝓhibēdo ne corruptio spar/
gaꝫ in eis:z exiccat humiditatē corruptā z adiuuat ad re
stringēdū fluxū sanguis spissam z grossam faciēdo cru/
stam. Et iterū adiuuat ut apianꝫ vie z pori ꝙ supfluitas
inālis nō cursilis currat:ubi a calore coctionis fiat attra/
ctio z humiditatū subtiliatio z ad exitū sepatio:z nō opꝫ
ut fiat cauteriū ad resoluēdū humiditatē causa doloris:
ubi in cōplonib⁹ nāliter frigidis z humidis:z silr in egri
tudinib⁹ eiusdē q̄litatis:qꝺ est:q: nō ꝯuenit cauteriū:si/
cut testanꝫ antiq:calidis z siccis cōplonib⁹ z eiusdē qua
litatis egritudinib⁹:qm̄ ignis calidus z siccus est nāır:z
ꝓpter hoc est incōueniēs ut saneꝫ ex eo egritudo calida
z sicca. ¶ Est aūt cauteriū duplex.s.cauteriuꝫ actuale z
potētiale.z cauteriū actuale est illud qꝺ fit per ignē.potē
tiale aūt qꝺ fit per medicinā cōburentē ut cātarides alle
um z silia. ¶ Et melius est actuale q̄ꝫ potētiale : sicut te/
staꝫ Albucasis dicēs:ꝙ ignis est corpus simplex : cuius
actio nō ꝑuenit nisi ad mēbrū qꝺ cautericaꝫ: z nō nocet
mēbris alijs ꝯiunctis cū eo nisi nocumento paruo.actio
v̄o medicine cōburētis ꝑuenit ad id qꝺ elōgaꝫ ex mem
bris:z forsasse facit accidere in mēbro egritudinē diffici/
lis sanationis:z forsasse interficit:sed ignis non facit ibi
aliq̄d ꝓpter subtilitatē z bonitatē sue sb̄e nisi superfluat.
¶ Et scias ꝙ in hoc meo lib⁹ non rememoraboꝛ caute
ria nisi ea que sunt corpori humano necessaria z que se/
pius cadūt in usu. Uerūtñ qui desiderat adipisci sciētiā
oium cauterioꝝ:que humano corpori administranꝫ uel
administrari ꝯuenit:necnō multifarias formas instr̄oꝝ:
quib⁹ cautericatio fit:ad prudentē Albuca. dirigat gres/
suꝫ suū. Ipe eni ex eis recte locut⁹ fuit z ultimo ꝯmone.
¶ Cōtra epilepsiā fit cauteriū in fontanella colli in ex/
tremitate occipitij. ¶ Cōtra maniā uel melācoliam fiat
cauteriū in sūmitate capitis:qꝺ ualet etiā ad emigraneā
z epilepsiā. ¶ Cōtra cronicū dolorē capitis fiat cauteri
um sup duob⁹ cornib⁹: z ꝯfert ēt si fiat in occipitio:z h⁹ⁱ
quidē cauteria cōpetūt ad palisim. ¶ Cōtra lachrymas
oculoꝝ cauterica in medietate capitis:deinde cauterica
duob⁹ cauterijs sup duo timpora:si est fluxus lachryma
rū in duob⁹ oculis:z si est in vno tñ cauterica tñ in vno
latere:z ꝯfert ut fiat cauteriū in fontanella colli sub aure
¶ Et sciēdū est ꝙ cū fit cauteriū in capite nō multū sup
os ferrū morari debet.ut sicut dicit Aui.cerebrum non
ebulliat z ipsius pāniculi corrigenꝫ. ¶ Contra fistulam

que fit in lachrymali oculi si nõ ꝯfert curatio medicinarum elargato ꝑmo eius meatu ferrũ ignitũ per canellũ ferreũ uel eneũ intromittaſ donec radices fistule cõburanſ. ¶ Cõtra dolorẽ humeroꝝ z spatularũ fiat cauterium trib⁹ vncijs ab humero iferi⁹:z si accidat ut disloceſ humerus ꝑpter humiditatẽ lubricantez z nõ figiſ in hora reductionis sue:tũc fiat cauteriũ sub titillico cũ instro triãgulato donec penetret cutim usqȝ ad latus eius:ꝑus tñ reducẽda est dislocatis ad locũ suũ. ¶ Cõtra dolorẽ z vitiũ epatis cauteriũ fiat sup ipm. ¶ Cõtra dolorem vmbilici fiat cauteriũ quasi trib⁹ digitis sub ipso. ¶ Cõtra asma z vitiũ pulmonis fiat cauteriũ apud radicẽ gutturis in loco depresso:z caue ne ꝑuenias cũ cauterio ad guttur:nõ eniz cõbures nisi ex cute parũ. ¶ Cõtra vitium splenis fiat cauteriũ supra ipz z cũ cauterio hñte duo cornula uel tria:z est illud qd̃ dr̃ triangulatũ:z fac ut penetret cutim usqȝ ad latus aliud. ¶ Cõtra dolorẽ lũborum fiat cauteriũ sub ipsis in fontanella. ¶ Cõtra emoroydas fiat cauteriũ triãgulatũ sup inferiorẽ spondilem dorsi. ¶ Cõtra dolorẽ iũcture manus z brachij fiat cauteriũ retro trib⁹ digitis a nodo. ¶ Cõtra sciaticã passionẽ fiat cauteriũ sup sciã:z cuz accidit ut disloceſ ex humiditate lubricãte:tunc reducaſ ad locũ suũ:deinde cauteriça sup pissidẽ anche cum cauterio fili circulo:postqȝ tuaz signasti cũ enchaustro in circuitu pissidis/sicut resoluiſ ut cadat ipsa pissis in medio circuli:z cõfert etiã cauteriũ triangulatũ. ¶ Cõtra arteticã z dolorẽ supioꝝ mẽbroꝝ fiat cauteriũ sup nodũ pedis a pte exteriori:z aliud simile in fontanella trib⁹ digitis sub genu. ¶ Ista enim cauteria sunt cõmunia ad remediũ totius corporis:z ualent etiã cõtra ydropisim que est spẽs ascitis:z similiter ualent ad hoc cauteria sup qualibet coxam.

¶ De cõbustione aque uel olei bulliẽtis. Cap. XIX.

N curatione cõbustionis ut dic Aui. intẽtiões due ꝑncipalr̃ requirunſ. Quaꝝ vna ẽ ut ꝓhibeaſ uesicatio loci. z scd̃a ut rectificeſ id qd̃ est cõbustũ. ¶ Cũ g̃ vis uesicationẽ ꝓhibẽ locũ cum medicinis ĩfrigidãtibus frequẽter inũge: neqȝ dimittaſ desiccari in hora pãnus infusus supponaſ:z huiusmodi medicie sunt sicut aqua ro. sup niuẽ infrigidata/succus solatri/z endiuie/vge pastoris/z filium. ¶ Et de cõpositis est bonũ hoc vnguentum. ℞. vitella ouorum cum oleo ro. z succo solatri. Aut recipe farinã ordei albumẽ z vitella ouoꝝ ꝯfice cuz oleo ro. z succo endiuie. vitella enim ouoꝝ sunt mitigãtia dolorem uehemẽter. aut. ℞. boli armenici. p. ij. ceruse. p. j. opij. p. ß. conficianſ oia cum aceto z oui albumine. Aut fiat vnguẽtum ex oleo ro. z cera z parũ opij:aut decoq̃ntur folia malue in aqua dulci:deinde pistenſ cũ oleo ro. aut teranſ lentes excorticate z cerusa z ꝯficianſ cũ aceto. ¶ Cum aũt locũ inueneris uesicatũ necesse est administrare medicinas in quib⁹ est abstersio quedam:z exiccatio nõ magis absqȝ mordicatiõe:z ex eis sunt chymolea folia mirti z sil'ia. ¶ Et vnguẽtum bonũ ad idẽ. ℞. cere p. j. olei ro. p. iiij. dissoluaſ ad ignem z addaſ cerusa q̃tũ vnguẽtuz põt ex ea cape z moueaſ in circuitu diligẽter post infrigidationẽ addaſ albumẽ oui z parũ cãphore: deinde absqȝ interuallo moueaſ donec ĩspisseſ. ¶ Qz si ibi fuerit ulceratio tunc magis laudãdũ est vnguẽtuz de calce abluta cũ oleo ro. uel cõi. z fiat vnguẽtuz. Calx aũt abluiſ sic:z est ut ꝓijciaſ aqua frigida donec cooperiaſ ex ea:z sic per tres horas dimittaſ donec parũ ĩfrigideſ: deide eijciaſ aqua illa z supponaſ alia:z sic septies abluatur donec eius sedetur acuitas. ¶ Item. ℞. fimum columbinum:combure ipsum in panno lineo donec accẽdatur:deinde conficiatur cum oleo ro. ¶ Aut. ℞. chymoleam z folia mirti z ceram z confice cum oleo rof. z succo portulace.

¶ De spasmo superueniente vulneri. Cap. XX.

Pasmus ut dicit Auic. est egritudo neruosa qua mouentur lacerti ad sua ꝑncipia z inobediẽtes in dilatatione: cuius tres sunt spẽs. s. emprostronus. i. anterior q tñ anteriorem partẽ tenet. empistomus. i. posterior qui tenet posteriora. z tetanus quasi totũ tenens interpretat⁹ spasmus. aut distinguiſ per cãm: qm̃ alius est ex repletione:alius ex inanitione. ¶ Et signa spasmi de repletione sunt hec:qm̃ accidit subito cum plenitudine corporis nulla ꝑcedente euacuatione:sicut solutio uẽtris z fluxus sanguinis febris z similia. ¶ Signa spasmi de inanitione sunt que accidunt ꝓm contrariuz:videlicet post aduentũ euacuationis. ¶ Spasmus de inanitione vix aut nunq̃ curaſ. Et curatio eius est balneum aque dulcis tepide z inunctio spondilium z iuncturarũ cuz oleo violᷓ. tepido:z regatur patiens sicut febricitans z cum frigida z humida dieta:z bibat lac dulce frequẽter:z vinuz cum aqua multa. ¶ Curatio ꝟo spasmi ex repletiõe est ut fiat inunctio in ceruice z collo spina z toto corpore cũ oleis calidis/sicut oleum euforb. castorei laurini z sil'ia. ¶ Unguentum bonũ ad idem. ℞. castorei euforbij. añ. ℥. ij. piretri thuris/mirre/aloes/masticis. añ. ℥. v. olei laurini/sambucini/sisamini/pulegini cois. añ. p. e. cere q̃tũ sufficit:sic terenda terantur z pulueriçentur:z oia simul cum oleis misceantur liquefactisqȝ ad ignem z addatur cera z fiat vnguentum. ¶ Vinuz decoctionis castorei z cinamomi/spice piperis/calamenti/sambuci/saluie/ruthe simpliciter uel cõposite frequenter patiens assumat: ¶ Fiat gargarismus. qd̃. ℞. sinapis/piretri/stafisagrie. añ. p. e. z bulliant in vino forti z melle:deinde cum colatura patiens gargariçet. ¶ Sternutatio prouoceſ cum puluere castorei/piperis/naribus iniecto:z ponatur patiens in balneum siccum z diu sudet in eo z cum vnguẽto predicto se vngat. Cũqȝ hoc factum fuerit ducatur ad locum mollem z bene preparatum:z cum parum regeuerit iterum ingrediatur balneum: z tãdiu sic faciat donec sanus fuerit si deus uoluerit. ¶ Et inter dẽtes eius lignum aliquod locetur ne cum motus inuoluntarius superuenerit dentium constrictione lingua ledatur z custodiaſ ne frigus eum capiat z accidant sibi peiora prioribus. Benedictus deus z sancti. Amen.

¶ Anno ab incarnatiõe domini. M. cclij. mẽse Januarij Inditione. x. apud ciuitatẽ Padue in loco sancti Pauli. Ego Brunus gente Calaber patria longuburgẽsis sub spe diuini fauoris per omnia uestigia ueterum sapientũ perscrutans huic operi debitum finem imposui. Et suscipias ergo gratãter amice charissime z non erubescas neqȝ desistas operari cum eo. Nam apud compositionẽ eius non fui promptus ad aliud:nisi ut colligerez flores ex secretis ueteruz quos inuestigaui:nam exercitio magno ut ipsos aggregarem in eo:neqȝ etiam animus meus fuit solum id excipere quod in libris erat depictum: imo illud cum expimento z rõne ppensa cognitione decreui. Quare non alienes animum tuum a fiducia presentis operis:qm̃ est radix z fundamentum totius artis z secretum z occultuz:z obserua te amice ꝓm prudentiã tuam ab omni via dubitationis:neqȝ cupiditas inducat te ad illud:apud quod est ignorantia tua z artium prohibitio:ne fama: ne bonitas turpib⁹ maculis denigretur. Sed declina te ad viam perducentem ad salutem:z dimitte egritudines terribiles:in quibus nõ est fiducia sanitatis. Ex hoc eniz ueniet super te successio laudabilis fama z gloria magna. Deus omnipotens inspiret tibi gratiam suam:neqȝ ad cognitionem vie melioris perducat. Amen.

¶ Incipit Cyrurgia minor Bruni Longoburgensis.

v

E demanuali

operatione librum componerem breuiorem. Et aptiorem quam composuerim Andree: tuam mihi petitionem Paduanensis Laçare porrexisti: quoniam licet propter vicinitatem compositionis alterius libri/fastidio ⁊ labore repletus nolui prolongare: immo in ipsam confestim omni exceptione remota/tam benigniter quam libenter admisi: ⁊ suis incepi non egre effectibus innacare. Equum est enim si tua circa hoc me sollicitauit petitio: quoniam diu mihi filialiter ac sincera dilectione seruisti. Suscipias ergo a te Laçare petitum opus quod tibi Brunus Longoburgensis purus amicus composuit.

¶ Incipiunt capitula.

Capitulum primum De sermone vniuersali in vulneribus.

2m De medicinis que carnem generant: ⁊ que consolidant: ⁊ que vulnera recentia continuant.

3m De accidentibus que apparent apud restaurationem vulnerum

4m De fractura ossis capitis.

5m De vniuersali doctrina in fracturis ossium ⁊ dislocationibus eorum.

6m De accidentibus que apparent apud restaurationem ossium.

7m De modo constringendi fluxum sanguinis.

8m De extractione telorum ⁊ astularum ⁊ similium.

9m De curatione fistularum.

10m De medicinis acutis mortificantibus fistulam ⁊ cancrum.

11m De curatione cancri.

12m De sermone vniuersali in apostematibus.

13m De cura flegmonis.

14m De cura carbunculi uel antracis.

15m De cura herisipille.

16m De cura çimie.

17m De cura sclirosis.

18m De regimine apostematum post eorum maturationem.

19m De cura scrophularum ⁊ glandularum ⁊ similium cum incisione ⁊ sine incisione.

20m De cura borij.

21m De poris ⁊ uerucis ⁊ clauis ⁊ emorroydibus.

22m De combustione ignis aque ⁊ olei builientis.

23m De doctrina cauteriorum.

¶ De sermone vniuersali in vulneribus. Cap. I.

p

Rimus canon

est in adiutorio fieri in aliqua parte brachij uel in aliqua
parte crurium uel coxarum: per oĩa idem magisterium:
qd̃ dictũ est in adiutorio obseruef: ⁊ simili modo cure/
tur: ut dictũ est in adiutorio ⁊ lacerto.

¶ De diuersificatione fracturarũ ossium. Cap. XXII.

Lias ꝙ fractura diuersificatur ꝑm quan
titatem prauitatis sue: qm̃ sicut te/
statur Auicẽ. Fractura que accidit ꝑm rotundi/
tatem est prauioris incarnationis ⁊ vnctionis: ⁊ sicut di
cit Hyppocras. Deterior fractura est illa que decliat ad
interiora ꝓpter lesionem membrorum: ⁊ fractura cum
qua accidit vulnus ⁊ fluxus sanguinis: ⁊ attritio est de/
terior fracturarum. ¶ Diuersificatur fractura etiam ꝑm
obedientiam ⁊ inobediẽtiam extensionis ⁊ rectificatio/
nis. Qm̃ fractura que fit in mẽbris magnis nõ obedit re
ctificationi nisi cũ extensione uehemẽti: ⁊ qñ ꝓlongatur
ei⁹ spatiũ necĩa est extẽsio fortis. ¶ Et fractura que fit
in mẽbris paruis: nõ indiget nisi parua extẽsiõe. ¶ Fra
ctura iterũ diuersificaf ꝑm diuersitatẽ mẽbrorũ in breui
tate ⁊ tarditate restaurationis: qd̃ est: q: fractura brachij
citius restauraf q̃z fractura cruris. ¶ Silr fracture reli/
quorũ mẽbrorũ diuerse sunt ad iuicẽ: sicut dicã in caplo
vniuscuiusq; fracture singlr etiam ⁊ distincte.

¶ De membro male restaurato. Cap. XXIII.

Squandoq; nõ restauraf ꝑm
ꝙ oportimo mem
bruȝ remanet monstruosum: cui⁹ rei cã est: aut
ignorãtia medici: aut defect⁹ astellarũ absolute: aut festi/
natio ablatiõis earũ ante cõfirmationeȝ fracture: aut est
superfluitas motus in hora quietis. ¶ Et tũc q̃dam me/
dicorũ cõsueuerũt iterare fracturã. Albucasis aũt repro/
bat illud dicẽs. Fracturã male restauratã iterare vitupe/
rabile est. Nihil enim antiq de hoc in libris suis dixerũt

ꝛ laudāt ꝙ nō fiat:qm̄ in hoc est timor magn⁹:ꝛ qn̄qꝫ mē brū vituperaꝛ ualde. ¶ Uerū ſi caſu aliquo ad id te neceſſitas ꝓuocauerit:opꝫ te ſcire diſpōnem pori. Qꝫ ſi magn⁹ eſt ꝛ fortis nō ꝑſumas ipm̄ ſcdo frāgere:qm̄ ſic dicit Auic. fortaſſe nō frangeꝛ in loco fracture ꝑme:imo i altera pte frāgeꝛ. Si vō por⁹ nō fuerit magn⁹ neqꝫ fortis:tūc aſſidueꝛ embrocatio aq̄ cal'e:ubi decocte ſint herbe mollificātes:ſicut folia malue. viole. radix altee. mellilotū. radix brionie. ꝛ cucumeris aſinini. ꝛ ſilia:donec mollificeꝛ porus:deīde frāgaꝛ ꝛ extēdaꝛ:ꝛ rectificeꝛ ſic ſcis. ¶ Qn̄ vō por⁹ iā antiq̄tus ꝛ fact⁹ eſt magn⁹ ꝛ fortis:tūc cura ei⁹ eſt cuꝫ ferro:ꝛ eſt ut loc⁹ ſupius icidaꝛ:ꝛ oſſis cōtinuatio diſſoluaꝛ ꝛ rectificeꝛ mēbrū:ꝛ cum diligētia reſtauretur. ¶ Et multotiēs poſſibile eſt:ꝙ fractura male reſtaurata qn̄ recēs eſt cū empl'is mollificatiuis rectificeꝛ:ſicut cum embrocatiōe ꝑdicta: ꝛ cū empl'o ex mucillagine maluauiſci ꝛ fenugrec. ꝛ ſe. lini. qn̄ ꝯficiꝛ cū adipe anatino gallinaceo:ſeu porcino nō ſalito:aut butyro ſil'r nō ſalito: aut oleo liliaceo. ¶ Et empl'm qd̄ fit ex medulla cruris uaccini aſſūgia anatis. ꝛ butyro. oleo liliaceo. ꝛ cera citrina eſt in caſu iſto mirabile. ¶ Et ſil'r empl'm ex ficub⁹ pinguibus uel dactilis:ꝛ maxime cū fimo colūbino:deinde cum membrū mollificatum fuerit extendatur:donec ad ſuam propriam reducaꝛ figuram.

¶ De nodatione que accidit poſt fracturā. Cap. XXIIII.

a Liquādo poſt reſtauratione fracturarū accidit nodatio:ex q̄ mēbrū fedaꝛ:ꝛ qn̄qꝫ ei⁹ nālis opatio ꝓhibetur: maxime ſi ꝓpe iūcturā fuerit:ꝛ nos iā diximus cām ei⁹: videlicet ꝙ eſt ex ſupfluitate pori ligātis oſſa:ꝛ diximus curationē ei⁹ cuꝫ ultimatiōe ſtricture:ſubtillatiōe cibi. ¶ Et ex empl'is ſtipticis ꝓhibētib⁹ illd̄ eſt:ſic̄ acatia. mirra. olibanū. ꝛ ſilia qn̄ ꝯficiunꝛ cū albu. oui:aut vio ſtiptico uel aceto:ꝛ idē qd̄ faciūt medicie ſtiptice:facit ſuppoſitio plūbi:ꝛ eſt ut ponas laminā plūbi ſup nodoſitatē ꝛ ſtringas decēter. ¶ Et qn̄ nodatio dura ē ꝛ in ſbāꝫ lapideā iā cōuerſa:tūc necīū ē:ut ſupi⁹ ſcidaꝛ ꝛ diſſoluaꝛ ꝯſolidatio oſſis:ꝛ nodatio ſupflua icidaꝛ aut radaꝛ iſtrumētis: deide cureꝛ vulnus: ſicut eſt de alijs vulnerib⁹ ſupra dictū.

¶ De membro ſubtiliato ꝛ extenuato poſt reſtaurationem. Cap. XXV.

a Liquādo poſt reſtauratione fracture accidit in mēbro ſbtilitas ꝛ debilitas:ꝛ illd̄ eſt:q: reſtauratio nō eſt firma. ¶ Et cā que facit h̄ ꝺm ſniam antiquoꝝ eſt multipx: aut eni eſt ſtrictura ſupflua que ꝓhibet nutrimētū:aut ē multitudo ligamētoꝝ q̄ grauāt mēbrū:aut eſt eoꝝ ſol'o ꝛ ligatio nimis frequēs:aut eſt embrocatio ſupflua facta cū aqua:aut toti⁹ mēbri ſupfluitas ſanguinis añ tp̄s:aut eſt paucitas ſanguis in corpe patiētis ꝛ debilitas ei⁹ ſicut in corpe ſenū:aut paucitas ciboꝝ ꝛ ipoꝝ ſubtilitas:aut eſt multitudo fruſtoꝝ oſſiū. ¶ Opꝫ in curatiōe mēbri extenuati ꝛ debilitati:ut patiēs dilateꝛ in cibo ꝛ reficiaꝛ cibis groſſi nutrimēti:ꝛ corp⁹ ei⁹ humecteꝛ:donec ſanguis fuerit augmētat⁹. ꝛ adminiſtreꝛ ſibi balneū temperatū:deinde ponaꝛ ſup mēbrū empl'm piceū tepidū. Ut trahat ad membrū nutrimētū plurimū:ꝛ ex illis eſt hoc:qd̄. ℞. picis grece. picis naualis. reſine. añ. reſoluātur ſimul ad ignem:ꝛ tepidū ſuperponaꝛ:aſſiduetur etiā embrocatio aque tepide:donec attrahaꝛ nutrimētū ad mēbrū:ꝛ mēbrū ad formā ꝛ figurā ꝓpriā reuertaꝛ. ¶ Et cuſtodiat ſe ifirmus ab ira ꝛ alijs accidētib⁹ aie:qm̄ teſte damaſceno: Complexio corporis ſequitur vitiū anime.

¶ De ſitu mēbri reſtaurati. Cap. XXVI.

m Embrū fractū tal'r ſitueꝛ:ne ꝓpter ſitū dolorē aliquē habeat:ꝛ ex dolore poſtmodū accidat apa. Illa eniꝫ cōpoſitio ꝯuenietior: eſt ꝛ melior quā ifirm⁹ pōt cū qete diuti⁹ ſuſtinere:altera ut mēbrū ꝺm ſuā cōpōnē ꝛ nām ponaꝛ. ſ. ut lacertus uena ꝛ artaria ſint recta: ꝛ ꝺm modos ꝓprios coaptata. huiuſmodi enim cōpoſitio nihil doloris largitur. ¶ Manus ergo recte ſuſpenditur ut planta uentri adhereat ut ſuſtentaculo cōueniētī regaꝛ. ¶ Pes qn̄ extēſus maneat. caue et ut mēbrū directe ꝺm nāiem ſui cōpoſitionē extendaꝛ. ¶ Et illa cōpoſitio ꝛ forma que fit dū mēbrū extēdiꝛ:eadē maneat dū qeſcat. i. ut ſibi ſit nāliter:ꝛ nullū dolorē inferat nec aliquā leſionem.

¶ De fruſtis oſſium ꝛ corticibus eorum remanentibus in vulnere. Cap. XXVII.

f Ruſtorū oſſiū ꝛ corticū eoꝝ:ſi aliqd̄ in vulnere conſolidato qd̄ fuerit extrahēdū in extractione ipſorū non feſtines:ſed melius eſt ut nature dimittas:ꝛ adiuues eam cū attractione eorū:que attrahūt illa ſpatio nō feſtino Naꝫ qd̄ violēter extrahiꝛ plerunqꝫ facit accidere ulcera fiſtuloſa. ¶ Cū igiꝛ natura expellit illa ad cutē ꝛ incipiūt exire:ꝛ iam ſeparata ſunt:tūc extrahas illa ꝛ cura ꝛ incarna vulnus. ¶ Et medicamē ad extrahēdū oſſa eſt hoc. ℞. oleū uetus. p. j. cerā citrinā. ſorditiē naſorū apū amboꝝ. añ. p. ſ. ſoluātur oia:deide. ℞. euforbij. p. j. lactis titimalli p. j. ariſtol. ro. p. iij. fiat ex eo, ſicut cerotū. ꝛ. ℞. iterum armoniac. bdeliū:limātur cū oleo de lilio:deide aggrega totū cū contritiōe in mortario:ꝛ fiat empl'm:ꝛ ponaꝛ deſup. Ipſuꝫ eni eſt de illis que attrahūt oſſa cū uelocitate. ¶ Et Macer dic̄:ꝙ radix eruce elixata ꝛ ſuppoſita eijcit oſſa fracta. Et nos iā de hoc locuti ſum⁹ in. xj. capl'o ꝑmi libri. ¶ Dicto de fractura oium oſſiū ul'r:ꝛ dato ſup hoc quodā magiſterio gn̄ali:qd̄ ſatis igenioſo viro excepta cura mādibule ꝛ furcule pectoris ꝛ fractura coſtaꝝ ſufficere poſſet ad curā oium ꝑdictoꝝ:ꝓpter rudes tn̄ ꝛ inexptos aliqd̄ breuiter qd̄ ipos dirigere ualeat in h̄ nr̄o li⁹ ponem⁹ in cura oiuꝫ fracturarū ſingl'r breuitati pcētes.

¶ De fractura mādibule. Cap. XXVIII.

m Andibula inferior ſi frangatur: ſignificatio ipſius facilis eſt: cū ergo vis eā rectificare:ſi fuerit mādibula dextra:intromitte indicē ꝛ mediū manus ſiniſtre in os infirmi. Et ſi frangaꝛ mādibula ſiniſtra:tunc intromitte digitos manus dextre:ꝛ eleua cū eis margineꝫ fracture exterius ꝛ interius: ꝛ ipelle gibboſitatē fracture a parte interiori ad exterius:ꝛ cū altera manu tua deforis equa ipſam decēter uſqꝫ ad cōiunctionē naturalē. Et equatio ipſius cognoſciꝛ ex eq̄tione dētiuꝫ qui ſunt in ea. ¶ Si aūt frangaꝛ mādibula in duob⁹ locis:tūc extēde eam in duo latera ꝺm oppōnē miſtro extedente eā:ꝛ miſtro retinēte ipſam:deinde medicus equet eā ſicut diximus:donec fiat ei⁹ oppoſitio nālis:ꝛ liga dētes:qui torti ſunt:ꝛ ſeparati ad iuicē cū filo aureo uel argēteo:ſiue ſerico ipos: ne cōcutianꝛ firmiter retinente. ¶ Si autem vulnus accidat cum fractura:cura ipſius iam dicta eſt.

Reſtaurato mēbro:ꝛ oſſib⁹ fractis in ſuo loco repoſitis: ꝛ optime coeq̄tis: habeaꝛ puluillus vnus de pāno lineo quadruplicato:ꝛ ſit tante latitudis ꝙ cōtineat ſub ſe ambas extremitates oſſis fracti:vnius videlicet digiti uel modicū plus ſit latitudo ipſi⁹: poſtea cū ſpuma albu. ouorū ꝛ farina uolatili molendini mixtis pariter ex altera parte tm̄ liniantur: poſtqꝫ fuerint a ſpuma bn̄ expreſſi: ꝛ optime balneati:ꝛ ponaꝛ ſup rupturā more ꝑdicto. Poſtea habeātur duo puluilli rotūdi de bona ſtupa:quoꝝ vnus ſit altero groſſior:ambo tn̄ ſint cōpetenter groſſi ꝛ longi ꝺm fracti oſſis mādibule q̄titatē:ꝛ ambo in ſpuma albuminis ouoruꝫ optime infundanꝛ:ꝛ poſtea cōprimanꝛ:deinde groſſior ponaꝛ ex parte gule iuxta mādibulā fractā:ꝛ ꝯtineat ſub ſe extremitatē vnā puluilli de pāno:ꝑmo ſuper fracturā poſiti. alter puluillus minor ponatur ex altera parte mādibule fracte uerſus maxillā:ꝛ cōtineat ſub ſe extremitatem alterā puluilli de panno predicti. Tertius habeatur

puluillus in lõgitudinem alioꝝ uel plus modicuꝫ: ⁊ sup illos ponaṫ. ꝓ tñ sit in spũa albumẽ iuolutꝰ: ⁊ meliꝰ erit: ⁊ meliꝰ ꝓbabiṫ ligatura: si appõaṫ aliꝰ maioꝛ aliq̃ꝫtulũ sup illũ. Oẽs puluilli ꝑdicti debẽt eẽ in spuma albuminum balneati: ⁊ cõpetẽter expssi. ⁊ ꝑmo ponendi debẽt liniri ex pte rupture cũ epithimate facto de albumĩe ouoruꝫ: ⁊ farina uolatili molẽdini: sicut dictũ est. ¶ In ligatura linteoli sit medicus ita solers ⁊ ꝓuidus: ꝙ talr̃ liget: ꝙ puluilli a loco ubi positi sunt: nullatenꝰ ualeãt remoueri: ⁊ os fractũ nequeat ꝑmutari: ⁊ ponaṫ astella sup mãdibulã fractã: uel cutis solee decẽter ꝑata: si fuerit oppoꝛtunũ. Credo tñ si medicꝰ bñ ligauerit: ꝙ optime restaurabitur sine illis: ⁊ patet sup h̃ rõ q̃ꝫuis modo nõ dicã illã: q: nõ opꝫ te oĩbꝰ reddere rõnem. ¶ Ligatura ꝑdicta: usq̃ꝫ ad diẽ decimũ reliquaṫ itacta: ubi sicut dictũ est ꝑ̃ries: doloꝛ nimiꝰ uel pꝛuritꝰ intolerabilis infestaret infirmũ. Si vo doloꝛ talis uel pꝛuritꝰ cõtingeret dissoluaṫ: ⁊ oĩa mõ sĩli ꝑparenṫ. ¶ Et medicꝰ: ne facta sit ꝑmutatio aliq̃ in osse fracto ĩspiciat diligẽter: que si facta foret: iterato eẽt mandibula restaurãda: postmodũ ꝯueniẽter liget: ⁊ sic faciet usq̃ꝫ ad sanitatẽ ꝑfectã. Et os q̃dẽ mãdibule strĩgit in xx. diebꝰ si bñ fuerit ꝓcuratũ: sic testanṫ sapiẽtes ueteres ĩ hac arte periti. Q̃m hꝰ os: sicut dicit Hali. Est molle hñs medullã: q̃re ꝑcipiaṫ infirmo ut quiescat: ⁊ sit trãquillus ⁊ mutꝰ: ⁊ cibꝰ eiꝰ sit soꝛbilis. ⁊ si accidat calidũ ap̃a: h̃eanṫ malue cocte optime: ⁊ locus diutissime embꝛoceṫ cũ aq̃ decoctiõis ipsarũ: ⁊ si sic nõ resoluaṫ: utaris emplr̃is ⁊ embꝛocis: que ad illud ꝯueniũt: ⁊ cũ eq̃litate resoluũt: ⁊ nostã de hoc in ꝑmo libꝰ fecimꝰ capitulũ sp̃ale: ⁊ iterũ locuti fuimꝰ in diuersis locis postmodũ de eodẽ.

¶ De fractura nasi. Cap. XXIX.

n Nasi superioꝛ ps est os: q: inferioꝛ est cartilago. Cartilagini accidit attritio nõ fractura ⁊ sepatio ad vnũ latꝰ. ¶ Parti supiori nasi accidit q̃nq̃ꝫ fractura ⁊ q̃nq̃ꝫ frangiṫ: ⁊ nõ curaṫ: ꝑducit ad casum: ⁊ q̃nq̃ꝫ induratur: ⁊ remanet ꝑm toꝛtuositatem suã: ⁊ postea nõ recipit equationẽ. festia ergo ĩ die ꝑmo: ⁊ nõ ptranseas decimũ. ¶ Et q̃ñ fractura cõsequiṫ loca supiora eiꝰ: cõueniẽtiꝰ ⁊ rectiꝰ regimẽ eiꝰ est: ut tenta grossa mittaṫ in nasum: usq̃ꝫ ad sineꝫ foraminis nasi: ⁊ teneat ipsam cũ manu sua: ⁊ equet nasuꝫ cũ manu altera donec equeṫ: deĩde itromittaṫ licinũ ꝯseruãs ipm in figura eq̃tiois. ⁊ meliꝰ q̃dẽ est: ut sit de bona stupa: uel loco licinij: ponaṫ pẽna anseris optima: ⁊ molli stupa inuoluta: ⁊ hꝰi licinũ dupliciter bonũ est. Pꝛimo: q: meliꝰ ⁊ foꝛtiꝰ ꝯseruat eq̃tionẽ. Scdo: q: ĩfirmꝰ melius põt respirare cũ eo: ⁊ itromittaṫ in utrasq̃ꝫ nares: lꝫ altera tm̃ sit lesa: ⁊ plumaceoli in lateribꝰ nasi: ita ĩgeniose ponanṫ: ꝙ ligamẽtũ nõ faciat nasuꝫ latũ: q̃re talr̃ oꝛdineṫ: ꝙ nasuꝫ nec cõpꝛimat: nec dilatet. ¶ Si aũt fractura in ĩferioribꝰ ptibꝰ nasi fiat: tũc equeṫ imittẽdo indices duarũ manuũ in utranq̃ꝫ narẽ: uel duos auriculares. ¶ Et q̃ñ in hac dispõne accidit ap̃a: tũc vnguẽtũ dyaglõ est bonũ ualde: q̃m sedat ap̃a: ⁊ figurã eq̃tionis ꝯseruat: ⁊ silr̃ medicamẽ factũ cũ aceto oleo. cera. ⁊ minuto thure. ¶ Et q̃m fractura est attritio apta. tũc ꝑm Auic. ⁊ alios ueteres sapiẽtes istiꝰ artis nõ rectificaṫ: nisi postq̃ꝫ scidiṫ. ⁊ cõminutio ossiũ extrahiṫ: ⁊ cũ sutura ipiꝰ. ¶ Et q̃ñ accidit inclinatio ⁊ separatio cartilaginis: tũc petiã vnã de pãno foꝛti ex lino recipias: ⁊ eiꝰ latitudo sit digiti vniꝰ: ⁊ line vnã extremitatẽ eiꝰ cum glutino pisciũ: ⁊ glutino corij uaccini: aut gũma: aut alio glutinãte: ⁊ inuisca ipsam sup extremitatẽ nasi ex illo latere ad quẽ inclinaṫ: ⁊ donec sicceṫ dimittas. Deinde nasum ad situ suũ cũ violẽtia reducas: ⁊ liga ipm cũ puluillis: ut dictũ ẽ: ligamẽto illũ ꝑm foꝛmã debitã retinente.

¶ De fractura furcule pectoris. Cap. XXX.

f Furcula pectoris frãgiṫ: aut ꝓpter põdus delatũ: aut pp casum magnũ: aut ꝓpter ꝑcussionẽ uehemẽtẽ. Et restauratio ipsiꝰ est difficilis: ⁊ idiget igenio ⁊ s̃btilitate. ¶ Q̃ñ ꝗ̃ frãgiṫ in duas medietates fac infirmũ sedere sup sedẽ: ⁊ minister teneat adiutoriũ: in quo est furcula fracta. ⁊ trahat adiutoriũ cũ spatula ad exteriora ⁊ ad frigidiora iterũ. Minister alter extẽdat ceruicẽ ⁊ humeruꝫ cũ q̃ꝫtitate necessaria: ⁊ medicus digitis suis equet ipelliẽs: q̃d eminẽs fuerit: ⁊ q̃d ꝯcauũ ante ⁊ retro cõmoueat ⁊ foras trahat: ⁊ si idiget ꝑ̃lima extẽsiõe: ponat sub titillico pilaꝫ magnã de pilis ⁊ inclinet cubitũ donec appꝛoximet ipꝫ costis: q̃m extẽdeṫ. ¶ Et si frãgaṫ extremitas furcule ad iteriora: ⁊ nõ obedit cũ attractiõe medici ⁊ nõ suspendiṫ: q̃m est plurimũ in ꝓfundo submersa, fac infirmũ resupinari: ⁊ pone sub hũero eiꝰ puluinar globosum, ⁊ demerge hũerũ eiꝰ inferiꝰ donec extremitas furcule que ẽ iferiꝰ eleueṫ, deinde eq̃ ipsaꝫ ⁊ rectifica cũ digitis tuis ⁊ strige. ¶ Et si ĩfirmꝰ iuenit pũcturã ex deãbulatione manꝰ sup ipm: tũc illd̃ ẽ frustũ q̃re scidas cutim: ⁊ aufer frustuꝫ. Et caue ne in remotiõe frusti disrũpas sifac pectoris. Propterea itromitte instr̃m ꝯs̃uãs sifac: ⁊ si frustuluꝫ retineṫ ex aliq̃ pte: tũc icide ipm, posito pꝛiꝰ istr̃o: sic dc̃m est ad ꝯseruationẽ sifac. Deinde si scissura fuerit magna, suas ipsaꝫ ⁊ cura sic scis. ¶ Et si times de aduẽtu ap̃atis calitũc attẽde curatiõi cũ oleo ro. ⁊ aceto ⁊ silibꝰ. sicut dc̃m ẽ. ¶ Et si caput adiutorij descẽdit cũ frusto furcule, ad iferiora suspẽdaṫ adiutoriũ cũ ligamẽto lato, ⁊ eleueṫ ad ꝑtẽ ceruicis. ⁊ si frustũ furcule a pte adiutorij fuerit iclinatũ ad supiora. q̃d q̃dẽ raro sit, nõ suspẽdaṫ adiutoriũ, sed resupinat illud: ⁊ subtilia regimẽ eius.

¶ Restaurato osse furcule, ⁊ in debito loco reposito, si fractura sine vulnere fuerit. h̃eat medicꝰ ꝑatos duos puluillos rotũdos, ⁊ cõpetẽter grossos, ⁊ sint q̃ꝫtitatis illiꝰ ossis fracti. ⁊ ambo ut dictũ ẽ in spuma albuminũ infundanṫ, ⁊ foꝛtiter expꝛimanṫ. ⁊ vnꝰ qui sit altero grossioꝛ inuolutꝰ ex pte fracture in medicamine facto de spuma ouorũ. ⁊ farina uolatili iuxta os fractũ ex parte gule. ponaṫ alius minoꝛ puluillus silr̃ paratus cũ spuma ouoꝝ ⁊ farina uolatili, ex pectoris parte loceṫ. Et cetera oĩa facias sicut est in restauratione mãdibule supꝛadictũ. ⁊ ponaṫ desuper astella subtilis. cuius latitudo sit triũ digitoꝝ: ⁊ lõgitudo quatuoꝛ digitoꝝ. deinde cũ lõga fascia tribus uel quatuoꝛ digitis ampla decẽter ⁊ igeniose ligeṫ: deinde ligetur bꝛachiũ infirmi ad collũ eius: ⁊ sub titillico ponaṫ puluinar paruũ in nocte pꝛecipue: ⁊ sit doꝛmitio eius sup doꝛsum suũ. Et opoꝛtet ut respicias quotidie ne mollificeṫ ligamẽtuꝫ: ⁊ ne moueaṫ astella. ¶ Qꝫ si videris illud remoueri iterũ rectifica ⁊ stringe ligaturã decẽter. ¶ Dixerũt q̃dã sapiẽtes ꝙ furcula indiget subtiliatione apud curationẽ suã: q̃m eius restauratio est difficilis ualde: ⁊ dixerũt iterũ ꝙ furcula stringitur ꝑm plurimuꝫ in spatio xxviij. dierũ usq̃ꝫ ad. xxx. ⁊ quãdoq̃ꝫ in quibusdã hominibus in minori spatio q̃ꝫ sit illud.

¶ De fractura spatule. Cap. XXXI.

s Spatule quidẽ locus latus paruꝫ frangiṫ. Et plurimũ fractura accidit marginibus eius lateribus ⁊ frustis. ¶ Et cura eius est omni subtilitate ⁊ ingenio cũ omni cautela manibus pertractare: ⁊ ab interioribꝰ impellere ⁊ eq̃re ⁊ foꝛtasse idiget uẽtosis sicut existimo: donec trahatur ad superiora: ⁊ equetur cum cautela. ¶ Frustula autem spatule cũ frãgũtur si sunt ingetantia, pũgentia, ledẽtia, extrahe illa: ⁊ si sint quieta equẽtur ⁊ ligẽtur ligamẽtis ⁊ puluillis: ut dictum est supꝛa in mãdibula ⁊ furcula: ⁊ pone sup ipsam astellã subtilem latã seu cutim solee decenter factam ꝑm quãtitatem spatule totius: ⁊ quotiẽscunq̃ꝫ mollificaṫ ligamẽtum: stringe ipsuꝫ ⁊ equa astellã si moueṫ a loco suo: ⁊ in oĩbus alijs serua magisteriũ supꝛa dictũ: ⁊ doꝛmiat habẽs fracturã spatule sup latus sanũ: ⁊ nõ super aliud. ¶ Stringiṫ ⁊ cõfoꝛtaṫ: sicut dixerũt sapientes in. xxv. diebus: ⁊ etiam in minori.

¶ De scissura ꝛ fractura cassi. Cap. XXXII.

Casso accidit scissura sicut ꝛ fractura ad interiora: ꝛ cognoscit̄ sonitu sensato per tactū ꝛ auditū: ꝛ cognoscit̄: q: sequunt̄ accidētia mala cum cōstrictiōe anhelitus ꝛ tussi sicca. ¶ Restauratio eiꝰ est: ut resupinet̄ infirmus sup dorsum suū: ꝛ pone inter spatulas eiꝰ puluinar: deide preme humeros eiꝰ: ꝛ aggrega costas eius cū manibꝰ a duobꝰ lateribus: ꝛ oī subtilitate qua potes: ꝛ oī ingenio labora equare eā: donec redeat figura ossis sicut oportet.

¶ De fractura costarū. Cap. XXXIII.

Costis ueris: que septez sunt accidit fractura ex latere dorsi. Et qm̄ extremitas alia est cartilago ypocūdrioꝝ nō accidit ei attritio. ¶ Cognitio aūt fracture costaruz est facilis: q: si perquirat̄ manu sentit̄ in loco asperitas ꝛ ineq̄litas: ꝛ fortasse audit̄ crepitatio eiꝰ occulta. ¶ Et hꝰi fractura fit ꝑm duos modos. quorū vnꝰ est ad exteriora: alius ad interiora. ¶ Fractura que eminet ad exteriora / faciliꝰ curat̄. Et cura eiꝰ est: ut eques eā cū digitis sicut meliꝰ poteris: donec redeat ad figurā ꝑmā: deide epithimet̄ locꝰ cū medicamine ꝯueniēti. Et stringat̄ fractura cū astella si fuerit opportunū. ¶ Et si fractura fuerit ad iteriora declinis: cuiꝰ uera ꝛ ꝓpria signis est dolor ingenꝰ: ꝛ pūctura sicut pūctura pleuresis: ex eo ꝙ os pūgit uelamē ꝛ strictura anhelitꝰ ꝛ tussis: ꝛ sputū forsitan sanguinis. Tūc ingeniū extractionis eiꝰ ad exteriora cuz manu deficit oino: Et de uentosis in hoc casu timet̄: ne aggreget mām plurimā in iteriori pte. Et cibare ifirmuz cibis inflatiuis: ut infleт̄ uēter ualde: ꝛ impellat fracturā ad exteriora: q̄uis altqn̄ sic necesse: est tn̄ ex his que faciūt accidē apā. Dn̄s Hugo in hoc casu patientē duci faciebat ad balneum: ꝛ manibꝰ itinctis terbentina. melle. pice. seu visco vngebat ꝛ sup locū ubi ifirmitas erat iprimēdo manꝰ ponebat: ꝛ subito eleuabat: ꝛ sic fiat frequētissime donec costa ad locū debitū reuertat̄: deinde apficon cyrurgicū uel aliō simile supponat̄ emplm̄. ¶ Et si necesse fuerit icidere: q: res est uehemēs. quā ifirmꝰ tolerare nō pōt: qm̄ os pūgit dyafragma tūc nece est scindere sup locuz ꝛ detegere costā fractā: ꝛ custodiat̄ sifac ponēdo instr̄m sub eo ne possit ledi: ꝛ incide os qd̄ pūgit cum facilitate: deinde curetur curatione vulnerum. ¶ Et si accidat calidū apa: co opiat̄ locꝰ puluillis in oleo ro. madefactis: ꝛ curet̄ in eo qd̄ ꝯuenit: sicut sepe dictū est ex reliq̄ cura calidi apatis.

¶ De attractiōe ꝛ fractura spōdiliū colli. Cap. XXXIIII.

Cotūditatibus spondiliū colli accidit attritio raro fractura: ꝛ cōminuunt̄ tunice nuche: ꝛ qn̄q; ipsa nucha. ¶ Si vis scire an sanet̄ infirmꝰ: ꝯsidera si manꝰ eiꝰ mollificate sunt ꝛ stupefacte ꝛ mortue: nec ifirmus pōt eas mouere: neq; extēdē: neq; ē eis sensus qn̄ pungunt̄: tūc scias q: mirabile est. Si ꝟo mouet ꝛ sentit ꝯstrictionē cū digitis: tūc scias q: nucha salua est. ¶ Dꝫ si spōdilibꝰ dorsi eueniat sil̄e illius: ꝯsidera in pedibꝰ: ꝛ sil̄r iudica. ¶ Et si qn̄ iacet sup dorsum egredit̄ egestio ꝛ uentositas inuolūtarie ꝛ resupinat̄ sup dorsum: ꝛ cum vult mingere nō pōt: tūc ꝓculdubio est mortale. al̄s curetur ꝛ equet̄ ingenio medici. ¶ Et si fuerint frusta aliq̄ remouēda que indigeāt fissura: fiat illud cū facilitate.

¶ De fractura adiutorij. Cap. XXXV.

Cum adiutorio accidit fractura: sicut dicit Auic. Non declinat ꝑm plimū: nisi ad ptē exteriorē. ¶ Et opz in eiꝰ rectificatiōe ut sint pn̄tes duo ministri: quorū vnꝰ extēdat brachiū: ꝛ alter teneat locū qui est sup fracturā. Deide tange fracturā manibꝰ tuis ꝛ equa eā equatione ultima: deide pone emplm̄ cōsolidatiuū si nō times calm̄ apa: ꝛ liga ligamēto ascēdēte usq; ad humerū ꝛ descēdēte usq; ad cubitū si fractura fuerit in medio adiutorij: ꝛ si fractura fuerit ꝓxima humero: stringat̄ cū eo: ꝛ si fuerit ꝓpinq̄ cubito stringat̄ cū eo silr̄. Et sit latitudo ligamēti quatuor digitoruz. deinde in soluēdo ꝛ ligādo seq̄ris doctrinaz de ruptura mēbrorū supiꝰꝰ assignatā. ¶ Et longitudo astellaꝝ sit ꝑm fracturā cū additione q̄tuor digitoꝝ uel circa ex oī parte. ¶ Dꝫ si amas ut soluas ligaturā de tertio in tertiū diē cā defensionis: sicut uoluit Hyp. ꝛ est modus eiꝰ: fac illud: qm̄ est res in qua qescit infirmus: q̄uis sit restaurationi ꝯria. ¶ Dꝫ si a ꝑncipio timueris calm̄ apa: ex eo ꝙ vides mēbrū rubefieri atq; tumescere: tūc nō strigas cū emplo neq; cū astellis usq; ad septimum diē uel plus donec de apate sis securus: ꝛ pone sup mēbrū sicut frequēter dictū est ex illis que mitigāt calm̄ apa: sicut lana succida in aceto ꝛ oleo ro. madefacta: deinde cū quieuerit apa stringe fracturā sicut dictū est: ꝛ modus stringēdi dictus est in caplo uli. Et opz ut in q̄libet hora noctis ꝛ diei cōsideres: ne mollificet̄ ligamētū ꝛ mutet̄ figura mēbri: ꝙ si videris illud: tūc rectifica ꝛ stringe ligamētū. Et dormiat ifirmus sup dorsum suū: sitq; manꝰ eiꝰ super stōcū suū: ꝛ pone puluinar molle sub adiutorio. ¶ De dieta sufficienter supius dictū est ¶ Dixerūt sapiētes: ꝙ fractura adiutorij atq; cruris ꝯsueuit strigi i. 40. diebꝰ. Opz ḡ ut tūc soluat̄: ꝛ cū aq̄ tēpati caloris mēbrū balneari ꝑcipias. Et si restauratio nō fuerit tibi visa bōa: tūc itera ligamētuz ꝛ astellas: ꝛ dimitte usq; ad. 50. dies: ul̄ usq; ad duos mēses.

¶ De fractura brachij. Cap. XXXVI.

Inquiunt sapiētes: brachiū est cōpositū ex duobus ossibus que duo focilia nominātur: quorū vnuz est paruuz: ꝛ est illud qd̄ sequit̄ policē: ꝛ aliud est magnū: ꝛ illud est qd̄ sequit̄ paruū digituz ab inferiori parte. Et quādoq; frangit̄ alterū eorū tm̄: qm̄ pariter ambo frāgunt̄. ¶ Et qn̄ focile paruū frangitur superius: rectificatio ꝛ sanatio eius est facilior: qn̄ ꝟo focile magnū inferius frangitur. fractura eiꝰ est mala ꝛ sanatio eiꝰ est difficilis: q: focile inferius est brachiū: ꝛ est nudū ꝛ sustinet superius focile ꝛ ideo fractura ipiꝰ turpior. Et qn̄ franguntur ambo simul est fractura deterior omnibus.

¶ Quādo ergo frangit̄ focile paruū superius: tūc oportet ut eques ipm̄ cuz extēsione parua. Et si fuerit magnum iferius: equa ipm̄ cū extēsione maiori: ꝛ si sint ambo focilia simul fracta: tūc opz ut extēsio sit uehementior ualde.

¶ Et modus restaurationis fracture brachij in oībꝰ est sicut fractura adiutorij: ꝛ de ꝯsuetudine brachij est qn̄ frangit̄ ut sex administrent̄ astelle: siue sit fractura in vno focili: siue in duobꝰ. ꝛ astella que ponit̄ sup fracturā: sit latior ꝛ firmior parūper. Et nos iā diximꝰ i caplo uli modū ꝛ q̄litatē stringendi: vz ut strictura sit sup locū fracture uehemētior. ꝛ quāto ligatura ad supiorē partē fracture uel ad iferiorē tēdit: eo amplius relaxet̄. utilitas qdē huiꝰ intētiōis est ut a mēbro leso materia sanguinis expellat̄: ꝛ nō accidat apa. ¶ Astelle nō ꝯsequātur lōgitudine sua uolā. ꝙ si oporteat illud ꝓpter nimiā ꝓpinqtatē fracture ad manū: tūc nō ueniāt usq; ad iuncturā digitoꝝ. Et strictura ligamēti cognoscit̄ in hoc: q: si ex strictura accidat in digito tumor paruꝰ: tūc ligamētū est ꝯueniēs. Et si nō accidat: tūc nimis ē molle: ꝛ si tumor magnꝰ ꝛ dolor uehemēs fuerit: tūc nimis ē strictū: q̄re mollificari opz. ¶ Qn̄ ꝟo amas ut sanguis ad fracturā trahat̄ pro nutrimento: extremitates ligature uehemētius ꝛ strictiꝰ ligent̄. ¶ Et qn̄ in fractura mēbri apparet aliqd̄ ossis frustulū non separatū: tūc stude in reductiōe eius ad locū suū. Dꝫ si frustū separatū fuerit ꝛ carnē pūgit: ꝛ nō ē fiducia in restauratione eius: tūc necesse est ut incidat̄ sup ipm̄ ꝛ extrahat̄: ꝛ sis sollicitꝰ circa ea que accidūt cū fractura: ꝛ que sequūtur ipsam: ꝛ anteq̄ ipsa nocumēta accidāt ut obuiet̄ eis: ꝛ nos iam premisimus sermonē de illis in locis suis ꝑm cōplemētū. ¶ Et opz ut manꝰ ifirmi suspēdat̄ angulr̄ ad collū eius: ꝛ sit latitudo suspensorij ꝑm q̄ntitatē que totū

brachiũ comprehendat: qm̃ si solũ loc⁹ fract⁹ suspẽdatur ꝛ ptes relique negligant: mẽbꝛ a tortuositate nõ euacuabit penit⁹. ¶ Et custodiat se ĩfirmus ob oĩ motu anteq̃ brachiũ fortificet: ꝛ sit eius dormitio sup dorsum. ¶ Fractura hec in .xxviij. uel in .xxx. dieb⁹ ꝯsolidabit: uel circa hoc ẜm dispõnẽ cõplexionũ ꝛ dispositionẽ virtutis.

¶ De fractura ossiũ digitoꝝ. Cap. XXXVII.

o Ssibus digitoꝝ si fractura cõtingat: sedeat ĩfirm⁹ sup sedẽ: ꝛ teneat manũ sup planã tabulã: ꝛ extẽdat ossa fracta minister ꝛ medicus police ꝛ ĩdice equet illa. ¶ Si frãgat polex liget sicut cõuenit ut dictũ est: ꝛ postea liget cũ uola: sicut cadit ei⁹ cõplexio ꝛ figura. ¶ Si frangat index aut auricularis: liget cũ digito sibi ꝓpinquo: ꝛ ita quilibet suo cõpari: uel qd̓ meli⁹ est si infirmũ nõ grauat: ligẽtur digiti oẽs simul: ꝛ illud postq̃ cuꝫ puluillis astellis ꝛ ligamẽtis mẽbrũ lesum ligatũ fuerit ẜm doctrinã traditã in caplo vniuersali superius prenotato.

¶ De fractura coxe. Cap. XXXVIII.

c Oxa qñ frãgit nõ occultat sensui ꝛ discernit apte qñ ꝯuertit ad interiorẽ uel exteriorẽ ptẽ: qm̃ os ei⁹ latũ est. ¶ Et restauratio ei⁹ est ut iaceat ĩfirm⁹ sup faciẽ suã extẽsus: deide extẽdat mẽbrũ ex utraq; parte cũ ligamẽtis aut alijs spẽb⁹ extensionũ a duob⁹ ministris cũ fortitudine multa: si necẽ fuerit: ꝛ medic⁹ equet fracturaꝫ manib⁹ suis equatione ultima: ꝛ si inueneris frusta ossium pũgẽtia: fac illud qd̓ multotiẽs diximus de reductiõe illoꝝ ad locuꝫ suũ: aut de extractiõe si illud fuerit poẜe: deide liget ligatura decẽti ꝛ regimẽ curatiõis ei⁹ est: sicut in caplo de fractura ossiũ nasi: ꝛ in adiutorio ẽt est ostensum. ¶ Inquit Auic. Ille cui⁹ coxa aut ancha fracta fuerit: parũ denudat a claudicatiõe. Propterea adhibẽdũ est sũmũ studiũ ꝛ ingeniuꝫ in administratiõe ligamẽtoꝝ: ꝛ fortasse qñ fractura est ualde magna sup ligamẽta: ponuntur tabule ualde magne que capiũt longitudinẽ pedis: ꝛ itẽtio istarũ tabulaꝝ est: ut sana ps pedis ꝓhibeat a motu: qm̃ est nociu⁹: ꝛ precipue apud somnũ: ꝛ opꝫ ꝙ abhorreas ꝑparationẽ ꝑdictorũ instrumẽtorũ qñ poteris modũ aliũ inuenire getis. est eñi graue ꝛ intolerabile ualde infirmo. ¶ Et aliqui medicorũ post decẽtẽ ꝑparationẽ mẽbri cũ puluinarib⁹ figunt palũ iuxta pedẽ infirmi in terra: ꝛ ad palum ne aliquo mõ moueri ualeat: fortiter ligãt pedeꝫ: ꝛ est modus melior ꝛ minori grauamine ĩfirmi. Et in oĩbus alijs ad uẜe caplꝫ recurrat. ¶ Et dixerũt sapiẽtes h⁹ artis ꝙ coxa fracta in qnquaginta noctib⁹ solidat uel circa.

¶ De contritione rotule. Cap. XXXIX.

r Otula poplitis raro frangit: ꝛ ẜm plurimũ cõterit ꝛ cognoscit ex tactu asperitate ꝛ uacuitate que sentit cũ tactu ꝛ auditur aure. ¶ Et in cura ei⁹ opꝫ ꝙ extendat crus. deinde intromittat rotula in locũ suum. Et si separata fuerit aggreget ꝑus: deinde intromittat postea liget.

¶ De fractura cruris. Cap. XL.

o Ssa cruris duo sunt: quoꝝ vnuꝫ est magnũ ꝛ noiat crus. aliud est paruuꝫ: ꝛ noiat focile. ¶ Et qñ frangit os puũ est salui⁹: q̃ si frangat magnũ: ꝛ ei⁹ restauratio est facilior: ꝛ ĩclinatio ei⁹ est ad interiora: ꝛ põt ĩfirm⁹ ambulare. Et si frangit arũdo magna replicat ad exteriora. Et qñ ambo fit ossa frangunt: tũc est deteri⁹: ꝛ tũc cõuertit crus ad oẽm partẽ. Et hec est res que nõ occultat tibi.

¶ Curatio v̓o fracture cruris est ẜꝫ silitudinẽ fracture brachij: ex eo ꝙ spẽs fracturarũ istaꝝ silant ad iuicẽ. Veruꝫ tñ Albucas. addit opationẽ quandã in crure: videlicet ut ponant tabule due decẽter ẜm lõgitudinẽ cruris a genu usq; ad iferi⁹ pedis: ꝛ ponat vna ab vna pte pedis cruris: ꝛ alia ab altera: deide ligent in trib⁹ locis: in duab⁹ extremitatib⁹. s. ꝛ in medio. Et utilitas h⁹ tabulaꝝ est utilitas quã diximus de tabula magna in fractura coxe. ¶ Inqt ẽt Albucasis. Administret cunabulũ ex ligno ẜꝫ lõgitudinẽ cruris: in quo crus locet ut seruet a motu. Ego v̓o illis usus nõ sum: nec multũ approbo: nec dñs Hugo multũ approbabat. Multo meli⁹ eñi est ut cunabulũ de pãnis mollib⁹ q̃ de ligno paret: q: crus melius ꝛ calidius ꝛ magis sine molestia regescit. Nutrimẽtũ ẽt melius discurrit ad mẽbꝛ: ꝛ pãni molles mẽbro dolorẽ nõ ĩferũt sicut lignũ. Et si bñ parẽtur mẽbꝛ restauratũ in figura sua bñ ꝯseruãt. ¶ Calcaneus nõ frãgit sed dislocat: ꝛ nos de ipsius dislocatione dicemus.

¶ De fractura tali ꝛ digitoꝝ pedis. Cap. XLI.

t Alus frãgit: ꝛ ei⁹ fractura est praua ꝛ cura difficilis: ꝛ forsan accidit cuꝫ eo attritio ossis ꝛ cursus sanguis ad uẽtres ꝛ coagulat in eis: ꝛ qñq; ꝑducit ad febrẽ ꝛ ꝑmixtionẽ rationis ꝛ tremorẽ ꝛ spasmũ pedis. ¶ Cum ergo accidit in eo aq̃a cõgelatũ qd̓ nõ apparet ꝛ nõ egredit: ꝛ apparet iã tenebrositas que nõ fuit antea: malum est signuꝫ ꝛ sigt ꝙ est in via putrefactiõis. ¶ Si aũt est aq̃a apparẽs impellẽs manũ: tũc est minus malũ. Et fortasse facilior erit ei⁹ eruptio. Et qñ talus restaurat deambulatio est dolorosa sup ipm: ꝛ qñ restaurat sic opꝫ: destruit ei⁹ iuuamẽtũ. ¶ Digiti pedis ĩ fractura ꝛ dislocatiõe curant sic digiti man⁹.

¶ De dislocatione iuncturaꝝ. Cap. XLII.

d Islocatio est separatio uel egressio iũcturaruꝫ a loco suo: q̃re ꝓhibet mot⁹ earũ. ¶ Et signa dislocatiõis sunt. Infirmatio iuncture: ꝛ ꝓfunditas ĩsolita. Et ut ꝯsideres iuncturã ĩfirmã cũ sorore sua sana: ꝛ cũ videris iuncturã nõ moueri: tũc iudica ꝙ dislocata est dislocatiõe integra sicut qñ mouet nãli motu ad oẽs partes: sicut in sanitate cõsueuit facere: nõ est in ea egritudo separatiõis: ꝛ iterũ ut cõcauitas appareat ex vna pte cuꝫ augmẽto alteri⁹ lateris. ¶ Cũ ergo accidit alicui dislocatio cõsiderãduꝫ est: an dislocatio sit simplex aut composita cũ alia egritudine: utpote cũ ulcere uel vulnere aut apostemate calo. ¶ Si fuerit simplex nõ est: excusatio: qn uelociter reducatur: imo oportet medicũ festinare ad ipi⁹ reductioneꝫ: nam si tardat eius reductio aq̃atur locus: ꝛ in tpe apostematis non oportet ut moueat neq; extendatur: q: frequẽter ex hoc dolor uehemẽs sequit atq; spasm⁹. ¶ Et quãdo accidit calm aq̃a ꝓpera ad flõmiã: ꝛ dimittat donec sedet aq̃a. Postea embroca cũ decoctione maluarũ calida ꝛ oleo: deinde reducatur cũ facilitate. ¶ Dislocationũ alie sunt difficiles alie faciles: ꝛ facilitas ꝛ difficultas reductionis est ẜm facilitatẽ ꝛ difficultatem dislocationis. ¶ Facilis dislocationis est sicut iunctura poplitis ꝓpter lenitatẽ ligamẽti sui: ꝛ iunctura humeri est proxima ei. in macilẽtis tñ: non in pinguibus. ¶ Praue v̓o dislocationis: sunt sicut iuncture digitoruꝫ. Ipse v̓o non dislocant imo franguntur anteq̃ dislocent: ꝛ sicut iũctura cubiti: ꝛ ideo reductio eius est difficilis. ¶ Medie inter duas ꝑdictas sunt sicut iunctura anche: ꝛ quandoq; ꝓpter aliquã causam accidit ꝙ aliqua iunctura sit facilis dislocationis: que in sui natura est difficilis: q̃re tũc erit facilis reductionis: sicut accidit ut pixis anche repleatur humiditate: quare sit facilis ei⁹ dislocatio: ꝛ tunc erit facilis eius reditio: ꝛ talis dislocatio ĩdiget cauterio uel aliquo qd̓ stet loco cauterij non alio. ¶ Et peior dislocatio est illa cũ aqua scindunt seu franguntur capita frustorũ ossis qd̓ glutinat os cum osse iuncture: ꝛ raro reuertitur ad dispositionẽ suã nãlẽ. ¶ Et plurimũ ei⁹ fit in capite anche: deinde in capite adiutorij. ꝛ duob⁹ focilib⁹ duoꝝ pedũ apud calcaneũ. ¶ Et modus restaurandi ei⁹ est ut extendant partes mẽbri hinc ꝛ inde: donec due extremitates in loco dislocatiõis sibi alterutrũ opponant: deide reducat ad locum vnde exiuit ꝛ redit: ꝛ multotiẽs significat illud sonus qui auditur in reditu eius: deinde liget.

¶ Et qñ remanet post reductionē dislocatiōis aut sepa
ratiōis durities: ⁊ quasi apostema administra epithima
ta ⁊ embrocas: ⁊ lenificantia. In pncipio vō indiget epi
thimatib⁹ ⁊ embrocis confortantib⁹: ⁊ melius est ut em
brocet͛ sup fracturā pculdubio. In hieme quidē ex oleo
calefacto: qḋ sit ex oleis cōfortantib⁹: ⁊ in estate cū aq̄ fri
da: ⁊ oportet ut cib⁹ eoꝝ sit qui cōfortet: nā illud confor
tat iuncturam ⁊ ligat eā. ¶ Si vō membrū elonget͛: tūc
eius cura est ut reducat͛ os mollificatū ad interiora ill⁹
in quo quiescit a q̇ elōgatū ⁊ separatū est cōprimēdo ip
sum ut reuertat͛: deīde emplastretur cum emplastris: in
quib⁹ est virtus stiptica cōmixtis cū eis que habēt virtu
tē calefactiuā: sicut galle. balaustia. acatia ⁊ similia cū ali
q̄nto castorei ⁊ costi: ⁊ sufficit ut sit sicut nux cipssi ⁊ iuni
pi: ⁊ reliq̄ que cadūt in empl̄is rupture: deīde stringant͛.

¶ De dislocatione mandibule. Cap. XLIII.

d Isiocatio mandibule raro accidit. ¶ Et signa ei⁹ sunt ineq
tio dentiū iferiorū cū superiorib⁹. os etiā rema
net apertū: nec pōt claudi: sermoq̄ȝ impedit͛: ⁊ applicatio
vni⁹ mandibule ad alterā fit difficilis: licet nō puet͛ mo
tu cū lacertis suis qui ueniūt a posteriorib⁹. ¶ Et mādi
bula qñ dislocat͛: necīū est ut festinet͛ ad reducēdū ipsaȝ.
sin aūt fiet praua ei⁹ reductio: ⁊ pducet ad nocumēta. ue
locius aūt ⁊ facilius redibit si uelociter succurrat͛: q̄ꝛ si dif
ferat͛ idurat͛ ⁊ apat͛: ⁊ extendit lacertos ⁊ cōmouet febres
iseparabiles ⁊ dolorē capitis: ⁊ hoc ppter uehemētiā ten
sionis lacertoꝝ: ⁊ fortasse accidit ut soluat͛ uēter ifirmi ⁊
euomat colām purā: ⁊ tunc multotiēs morit͛ in die deci
mo: q̄re opȝ ut festinet͛ ad curā. ¶ Et modus extensio
nis ⁊ reductiōis ei⁹ est: ut teneat minister caput ei⁹: dein
de itromittat restaurator policē suū: ⁊ moueat mādibu
lā dextra sinistra: deīde extēdat eā subito intātū q̄ꝛ iferio
res dētes suꝑiorib⁹ adequent͛: deīde reducat eā. ¶ Uel
poterit alio modo reduci: si necesse fuerit infirm⁹ ducat͛
ad balneū: ⁊ si durities iaȝ acciderit ⁊ reductio ei⁹ fit diffi
cilis durities cū oleo ⁊ aqua calida leniat͛ in balneo em
brocādo embrocatione plurima donec leniat͛. postea in
firm⁹ iaceat resupin⁹: ⁊ restaurator itromittat policē suū
in os ei⁹: ⁊ moueat mandibulā sicut dictū est. Deide ex
tēdat eā sbito: ⁊ minister post caput ifirmi teneat utrūq̄ȝ
caput mandibule sub aurib⁹. Et cū restaurator sufficien
ter extēderit ille trahat capita mandibule ⁊ reducat ⁊ li
get: ⁊ cū fascia sursum eleuet. ⁊ vngat͛ tūc cum dyaltea ⁊
martiaton: ⁊ liget͛: ita q̄ꝛ dētes ſꝫ ꝯsuetudinē suā ꝯiūgant͛
nec moueri possint. ¶ Dieta quoq̄ȝ eoruȝ sit sorbilis: ⁊
mandibulas ifirm⁹ nō moueat: ⁊ resupinet͛ eger sup pul
uinar lene: ⁊ aliḋ puluinar applicet͛ capiti ei⁹ ut nō mo
ueat͛: quousq̄ȝ pfecte sanet͛. sanabit͛ enim uelociter.

¶ De dislocatione spondilium colli. Cap. XLIIII.

s Pondilia colli qñq̄ȝ a proprio loco
discedūt. vñ collū disiun
git͛: cui nisi medic⁹ cito subueniat mors festinat.
¶ Cui talr̄ subuenit͛. os infirmi aperiat͛: ⁊ lignum ut os
apertū teneat in ore mittat͛: ⁊ linteolus sub mādibula sup
ponat͛. ¶ Utranq̄ȝ igit͛ partē linteoli medic⁹ ad suꝑiora
leuādo firmiter teneat: pedē aūt vnum in vno humero
infirmi: alterū in altero ponat: ut pedib⁹ ad iferiora ꝓmē
do: ⁊ manib⁹ cū fascia caput ad suꝑiora trahendo fortiter
spondilis cū cōpressione necessaria equet͛: ⁊ ad iuncturā
ppriā reducat͛. postea inungat͛ locus dyaltea uel martia
ton: uel cera ⁊ oleo ro. sicut dicit Auic. Et cū puluillis de
stupa sicut necessarium fuerit optime liget͛. Minutio ēt
die tertia fiet utilr̄. ¶ Et dislocatio spondilis colli mor
talis est: si fuerit cōpleta: uel etiā p̄lima cura cōplemētū.
¶ Et in illa que curat͛: opȝ sicut dictū est ut resupinetur
ifirm⁹: deide extēdat͛ caput ei⁹ ad suꝑiora cū facilitate: ⁊
equetur spōdilis eius, cū cōpressione ⁊ abstersione: ⁊ qñ
equet͛ ponat͛ desup emplastrū cōfortatiuū: ⁊ uela ipsum
cū pānis ⁊ stringe desup astellā cū mēsura colli: ⁊ in lati
tudine ⁊ in longitudine eius: ⁊ liga ad caput: ⁊ iteruȝ ad
adiutoriū ut nō cadat ligamētū ad guttur ⁊ resoluatur: ⁊
ponantur ea cū quib⁹ stringis ſm formā iuncture.

¶ De dislocatiōe spondiliū dorsi. Cap. XLV.

s Pondilia dorsi qñ dislocat͛ disloca
tione cōpleta: iterficiūt si
ne dubio: ⁊ si remoueātur remotione plurima
q̄uis cōpleta nō sit est mortalis: ⁊ hoc ppter coartationē
nuche. ¶ Et signa ei⁹ sunt emissio egestionis ⁊ urine in
uoluntaria q̄ꝛ pcedit ex debilitate lacertoꝝ uesice ⁊ ani:
⁊ alia signa dicta sup̄ in capl̄o attritionis spondiliuȝ: ⁊ si
est ꝑma spondilis colli que imediate seq̄tur nuchā: puat
anhelitū ⁊ morit͛ statim. ¶ Si dislocatio facta fuerit in
spondilib⁹ dorsi: considera ad quā ptē declinet: qḋ si fiat
uersus ptē interiorē ad pectus in ipsi⁹ cura nulluȝ est in
gentū idcirco nō sanat͛. ¶ Et silr̄ in illa que fit v̄sus duo
latera. Illa aūt que fit ad posteriora dr̄ gibbositas: que
si fuerit a pueritia nō sanat͛ oino. ¶ Et quādo spondilia
spine sepant͛ ad posteriora casu uel alia cōpressiōe: adeo
q̄ꝛ opȝ patiēteȝ caput inter coxas tenere: nec pōt eleuare
caput. Oportet igit͛ in tali casu medicū duas astellas lon
gas parare que teneāt siue plōgent͛ a spatula usq̄ȝ ad na
tes: ⁊ sit latitudo earū q̄tuor digitoꝝ: ⁊ sint firme sicut do
ge barilis: que satis cōueniētes sunt in h̄ casu si recte fu
erint: que taliter debēt aptari vna ex vna pte spine: alia
ex altera: ita q̄ꝛ sint spine collaterales: ⁊ ualde iuxta spinā
posite spina iter astellas in medio existente. ¶ Et ante
q̄ȝ pdicte apponant͛ astelle fiat pultes h̄ mō. ℞. sterc⁹ uac
cinū cū bono vino: ⁊ ponat͛ in patella seu caldaria: ⁊ sic
tātū vini q̄ꝛ possit bñ bullire: ⁊ cū bullierit apponat͛ de sa
le ualde trito pugillus vn⁹: postea addat͛ cribratura furfu
ris in tanta q̄ȝtitate q̄ꝛ pultes sit quasi solida. suꝑaddatur
postea mel in ea q̄ȝtitate q̄ꝛ pultes sit eq̄lis inter mollitiē
⁊ duritiē. Hoc facto extēdat͛ sup vna petia que sit lōgior
q̄ȝ sint astelle ⁊ lata in tanta q̄ȝtitate q̄ꝛ plicata per mediū
spinā: ⁊ loca circūadiacētia cōplectatur. Et petia plicata
per mediū superextendat͛ pultes sup ipam ualde calida
per totū: postea pars illa petie que desubt⁹ plicata est: re
uoluat͛ desup sup pultem: ita q̄ꝛ pultes inter duas petias
q̄si in sacculo remaneat extēsa. ¶ Postq̄ȝ pdicta bñ fu
erint pparata in pmptu ponat͛ ifirm⁹ sup tabulā planā
facie v̄sus tabulā uersa. Et ꝑmo sit ligat⁹ infirm⁹ cū latis
fascijs sub assellis: ⁊ ad spatulas. Et iferi⁹ per coxas ⁊ cir
ca anchas: ⁊ extremitates oēs fasciarum ꝯueniāt in vnū
ex pte suꝑiori. silr̄ ex pte iferiori: ⁊ trahat͛ fortiter a dua
bus ptibus: ⁊ q̄ꝛ eminēs fuerit impellat͛: ⁊ capita extremi
tatū ligamētoꝝ ligent͛ cū duob⁹ lignis ut extremitates
possint trahi forti⁹ a ministris: ⁊ qñ fit extēsio fiat ipulsio
apud gibbositatē cū radice uolarū manuū ⁊ cū calcane
is: ⁊ impellat͛ eminentia ossis ad interiora donec redeat
ad locū suū. Et si fuerit necesse sedere sup infirmū: fiat il
lud ⁊ nihil ex hoc timeat͛: qḋ si nec sic rediret: ponat͛ ta
bula vna sup gibbositateȝ: ⁊ fortiter cōprimat͛: ⁊ si maior
cōpressio necessaria fuerit: firmet͛ tabula ex vna extremi
tate in muro: uel aliquo mō ⁊ ifirm⁹ locet͛: ita q̄ꝛ mediuȝ
tabule cadat sup spondilē dislocatā: ⁊ ex altera extremi
tate que nō est in muro tabula ad iferiora: fortiter cōpri
mat͛: q̄ȝdiu spōdilis ad locū ppriū reducat͛. ¶ Et sic oī
studio ⁊ igenio laboret͛: donec equet͛: postea ponat͛ pul
tes calida q̄ȝtū sustinere poterit: ⁊ desup stupa sicca ⁊ le
nis: postea liget͛ ⁊ sup ligaturā postea ponāt͛ astelle pdi
cte: sicut dictū est: ⁊ bñ ligent͛: postea ifirm⁹ i lecto plano
resupin⁹ locet͛: uel ponat͛ desup empl̄m restauratiuuȝ: ⁊
sup empl̄m tabula latitudinis triū digitoꝝ: ⁊ longa tātū
q̄ꝛ capiat gibbositatē: ⁊ plus aliquātuluȝ. deinde liget͛ li
gatura decēti. ¶ Et si post restaurationē aliq̇d gibbosita
tis remanserit: utat͛ medicinis lenitiuis ⁊ mollificatiuis
tꝑe longo cū appōne astelle pdicte uel lamine plumbi.

¶ De dislocatione furcule. Cap.XLVI.

f **Urcula** sicut dicit Auic. Inter cetera aīalia soli hoī data est: ꝛ accidit ei aliqñ dislocatio ex lucta: aut ex re alia sīlī huic ꝛ equaꝛ ꝛ redit ad locū suū si uehemēter cū manu cōprimaꝛ: aut cū puluillis plurimis positis sup eā cū ligatura necīa: ꝛ hᶜ cura rectificat extremitates hūeri cū sepanꝛ ꝛ reducit eas ad locū suū: ꝛ illō q̄ mediāte ꝯiungunꝛ ad inuicē furcula: ꝛ humerus est os cartilaginosuꝫ: ꝛ qñ remoueꝛ estimat ille cui nō est experiētia ꝙ caput adiutorij sepatum sit de loco: q: caput spatule videꝛ tunc acutꝰ ꝛ locus qui est eo inferioꝛ videꝛ cōcauus. Ideoqꝫ distinguas cum significationibus: ꝛ signum eius est: ut nullo modo applicatur ad caput similiter ꝛ humerus.

¶ De dislocatione adiutorij. Cap.XLVII.

q **Uando** adiutoriū dislocaꝛ: signa eiꝰ sunt ꝯcauitas apud caput humeri. Eminētia plurima sub assella: ꝛ est ipossibile ut cū illa manu tāgat aurē sibi oppositā. Alij ēt motus sunt sibi difficiles. ¶ Cura dislocationis adiutorij facilis est in pueris: ꝛ illud est ut ponaꝛ manus vna sub assella ꝛ eleueꝛ a terra: ꝛ altera manu trahaꝛ adiutorium ad inferiora. ¶ Et forsan in infantibꝰ possibile est ut digitus medius ponaꝛ sub titillico ꝛ impellaꝛ cū eo caput adiutorij ꝛ reducaꝛ. ¶ In corporibꝰ fortibꝰ leuioꝛ modoꝝ est ut restauratoꝛ intromittat pedē suū in latus ifirmi ꝛ locet calcaneū suū ꝓpe caput adiutorij infirmo resupino exñte: ꝛ extēdat manū manibꝰ suis ſm rectitudinē q̄si uelit eradicare eā ex spatula: ꝛ inclinet manuꝫ suā parūper ad interiora ꝛ igredieꝛ: ꝛ iste modus teste Aui. ꝛ Albucasis ꝛ rectioꝛ modoꝝ ꝛ leuioꝛ oium eoꝝ. ¶ Et alius modus ad h̄ bonus est ut fiat vna pila de ligno uł de filis ꝛ ponaꝛ sub titillico: ꝛ impellaꝛ uehemēter manu uel pede siue cū instr̄o ifirmo resupino exñte. Et restauratoꝛ manū adiutorij dislocati manibus suis teneat: ac si uellet ipsam eradicare a spatula ꝛ fit illud ad iteriora parūper. Et qñ fit illud cadit adiutoriū in iuncturā suā: deinde pila annectaꝛ ſb titillico annexione forti sustētādo caput adiutorij ad supiora: ꝛ ligeꝛ cū humero ligatura facta cū vittis latis ꝓhibētibꝰ sepationē eius. Et opꝫ ut vitta cadat sup ipm ſm modū crucis usqꝫ ad humerū alteꝝ ꝛ qñqꝫ cadit crux sup humeꝝ ifirmū: deide ligaꝛ adiutorium cum latere ad inferiora: ꝛ ligatur cubitꝰ ad superiora: ꝛ nō soluitur usqꝫ ad septimū diem: aut post ipm.

¶ De dislocatione cubiti. Cap.XLVIII.

d **Islocatio** cubiti oibus alijs difficilioꝛ est: ꝛ sīr eiꝰ reductio ꝛ h̄ fit ꝓpter uehemētiā ligamētoꝝ que ꝯtinent ipm ꝛ eoꝝ breuitatē: ꝛ etiā ꝓpter ꝯrietatē sue ꝯcauitatis Et huiusmodi dislocatio fit ad oēs ptes: ꝛ p̄cipue ad ptē posteriorē ꝛ partē anteriorē: ꝛ deterioꝛ ꝛ grauioꝛ eaꝝ est que fit ad posteriora. ¶ Et signa huiꝰ dislocatiōis sunt manifesta ex eo ꝙ appet gibbositas in vno latē: ꝛ ꝯcauitas ex altero: ꝛ nō est possibile ut ifirmꝰ duplicet brachiū neqꝫ pōt cū eo tangere humerū suū. ꝛ declarat ēt id tibi manifeste diuersitas iter cubitū dislocatū ꝛ cubitū sanū. ¶ Et caue ne tardeꝛ eius curatio quousqꝫ supueniat calidum apā: imo festineꝛ statim anteq̄ꝫ apā ꝓperet ꝓpter uehemētiā doloris: q: postq̄ꝫ accidit fit eius reductio difficilis ualde: ꝛ fortasse nō recipit sanitateꝫ oino: ꝛ p̄cipue si fuerit dislocatio ad posteriora: ꝛ fortasse moriꝛ ifirmus ꝓpter grauitatē doloris. ¶ Cum ergo dislocatio fuerit parua: tūc reductio est leuis ꝛ reduciꝛ sic. minister teneat humerū infirmi: ꝛ alter teneat brachiū extēsuꝫ ualde: deinde restauratoꝛ ponat manus suas sup cubitū: ꝛ imp̄mat iuncturā cum policibꝰ aut cum radicibꝰ palme: donec ad locū debitū reuertaꝛ. ¶ Et si fuerit dislocatio ad interiora: tunc reduciꝛ sicut dicit Hyp. vꝫ. ut brachium a duobꝰ ministris sicut diximus extēdaꝛ. Deide applicet manū cū manu donec cubitꝰ reducat ac palma: deinde equabiꝛ statim: uel sic sup plicaturā brachij vittā ponas ꝛ ambas extremitates vitte pēdētes desubtus minister ꝯiungat ꝛ teneat: ꝛ duobꝰ ministris sicut dictū est brachium extēdētibus restauratoꝛ vittā trahat ad iferiora cum pede: ꝛ cū palma restauret: deide brachiū ꝛ manū ad humerū leuet: ꝛ sic ter uel quater leuādo ad humerū ꝛ deponēdo faciat: deinde ligeꝛ ꝛ brachiū eleuatū suspēdaꝛ ad collū talr̄ ꝙ plicari nō possit. Post paucos dies infirmus sepe eleuare ꝛ deponere brachiū assuescat. ¶ Qꝫ si dislocatio fuerit ad posteriora. tunc reductio eius est difficilis: ꝛ est necesse ut brachiū extēdaꝛ extēsione uehemēti ꝛ reuoluaꝛ ad oēm parteꝫ: ꝛ vngat restauratoꝛ manus suas cū aliquo oleo ut sit adiutoriū in lubricitate: deide imp̄mat iuncturā cū imp̄ssione uehemēti abstergendo cubitū cū uehemētia donec ingrediaꝛ: deinde stringaꝛ cū empl̄o restauratiuo: sicut opꝫ: ꝛ sit brachiū infirmi suspēsuꝫ ad collū eius: ꝛ dimittat cubitū angulatū ſm quātitatē quā tolerat in ipa hora. deide nō cesset ꝯstringere suspensoriū paulatim donec angulus ꝯstringaꝛ: ꝛ si cognoueris iuncturā firmatā in loco suo. tūc solue ligamētum ꝛ dimitte ipsam. Et si nō: itera empl̄m ꝛ ligaturam donec firmeꝛ. ¶ Et si post sanationem accidit grauitas ꝛ tarditas in iunctura apud motū suū: tunc humecteꝛ locus in balneo: ꝛ friceꝛ cū lenitate donec leniaꝛ: ꝛ si vis suppone sepū arietis cum butyro tēperate calefactionis ꝛ portet ipm ante balneum ꝛ post ipsum.

¶ De dislocatione iuncture manus. Cap.XLIX.

r **Asetta** siue iunctura manus facilis est dislocationis ꝛ facilis reductionis. nā qñ extēdiꝛ extensione parua: ꝛ opponiꝛ vnum duoꝝ mēbroꝝ alteri redit: sed eius bucellatio est parua: qm̄ illud qd̄ ꝯtinet ipsam de corpibus apaꝛ ꝛ prohibet vinctionē. ¶ Et modus extēsionis eius est: ut extēdat minister brachiū ad posteriora: ꝛ restauratoꝛ extēdat manū ad ꝯrium illius ptis. s. ad anteriora: ꝛ extēdat vnūquēqꝫ digitū incipiēs a police ꝛ pueniēs ad minimum: nā equaꝛ per illud ꝛ redit: ꝛ opꝫ ꝙ equeꝛ modis oibus possibilitatis tue: ꝛ impellaꝛ eminentia ꝛ equaꝛ declinatio: ꝛ ponas astellas decēter factas cum strictura earū desup: ꝛ loco astellarū pōt poni plumbū. Uerū ante appositionē astelle emplastra iūcturā cū empl̄o ꝯfortatiuo de illis que scis. ¶ Et est alius modus in restauratiōe ipsiꝰ ꝛ est ut ponaꝛ iūctura manus sup aliquā tabulā: ꝛ extendat minister manū illam extēsione decēti: deinde ponat medicus palmā sup eminētiā iuncture ꝛ premat donec ad locū redeat nālem: deide stringaꝛ cū empl̄o ꝛ dimittaꝛ aliqbus diebus sic: postea soluaꝛ ꝛ moueaꝛ manus. Et si in motu eius est grauitas aut motꝰ ꝓuatio cū aqua calida fomentetur ꝛ fricetur donec leniatur.

¶ De dislocatione digitoꝝ. Cap.L.

q **Uando** dislocaꝛ digitus aliqs digitorū manus: ꝛ extēdaꝛ digitus ꝛ impellaꝛ eminentia cum policibus donec reformeꝛ ſm figurā nālem. ¶ Et eodem modo digiti pedum si dislocati fuerint reformentur.

¶ De dislocatione anche. Cap.LI.

d **Islocatio** anche quatuoꝛ modis accidit: aut eniꝫ dislocaꝛ ad interiora: aut ad exteriora: aut ad anteriora: aut ad posteriora. Et plurimuꝫ eius dislocatur ad exteriora ꝛ parum dislocatur ad interiora.

Signa aūt qñ dislocaꝛ ad interiora sunt: qm̄ pes dislocatus longioꝛ reperiꝛ. genu etiā eminētius est altero: neqꝫ infirmus pōt duplicare pedē suuꝫ uersus inguinem: ꝛ locus inguinis est inflatus inflatione manifesta ex eo ꝙ caput coxe peruenit ad ipsum.

¶ Signa vō dislocatiōis ad exteriora sunt: q: pes dislocatus abbreuiaꝛ ꝛ in iguie appet ꝓfūditas. Et ex parte sibi

hoc est in parte posteriori inguis erit eminentia: et infla/tio: et genu submersuz est ad interiora: et in summa signa dislocationis ad exteriora sunt econuerso signorum dislo cationis ad interiora.

¶ Et signa dislocationis ad anteriora sunt: qm̄ infirmus pōt plicare crus suū sm̄ q vult. non tñ fit illud absq; dolore genu: nec pōt ambulare penitus nisi super calcaneum: et urina ipsius retinet: et locus inguinis tumet. ¶ Et si dislocat ad posteriora abbreuiat pes eius: et extensio ei9 est difficilis: et in inguine apparet mollificatio: et caput coxe decliue est ad obliquationem. genu etiam duplicare non potest: nisi prius duplicet inguina.

Cura festinet velociter ne fortasse effundant ad eā humiditates et putrefiāt uel pducāt ad corruptionē toti9 mēbri. ¶ Et cōis ei9 curatio que oib9 ei9 cōpetit spēb9 est illa quā docuit Hyp. vz. ut coxā accipias et extēdēdo voluas iuncturā dextrorsuz et sinistrorsum donec ad locū redeat nālem. ¶ Et iterū est alia curatio cōis: et est ut minister fortis extēdat crus infirmi ad iferiora cum manib9 suis: aut cū ligamēto ligato sup genu ei9: et fit alius minister qui corpus fortiter teneat: deīde posito desubt9 ligamēto medicus fit ex latere ifirmo: et teneat vnā extremitatē ipsi9 ligamēti: et fit alius ex alia pte qui teneat aliā extremitatē: et sic ambo eqlr extēdēdo stringāt iūcturā. medicus vō fit sollicit9 ex latere suo q ipellat eā pedibus ul manib9 donec ad locū ppriū reducat. Cui9 signū est q qñ ɔiungis ambo crura infirmi inuenis illa eqlia: et pōt crus extēdere et plicare: deinde ponat emplm̄ et stringat sicut opz: et ipera infirmū quietū eē / ne ancha moueat ad aliquā ptē: et dimittat usq; ad qntū diē ul septimū: deinde solue ligaturā et emplm̄ et ɔiūge crus cū alio crure: et tunc si vides ipsa equalia iam est restauratio ɔfirmata. Precipe g tūc infirmo uti balneo. uerūtñ si vides q dislocatio nō firmat imo mollificat: tūc redeas ad emplz et ad stricturā pmā usq; ad tres dies ul qtuor: deīde soluat et nō festinet ambulare: imo tardet per aliquot dies donec bene restauratio roboret. ¶ Si vō dislocatio fuerit ex humiditate plurima que accidit ei: tunc post ipsi9 reductionē cauteriū administra: sicut in loco pprio ondet.

¶ De dislocatione genu. Cap. LII.

fuerit rubificatū: tūc declina ad vngtā īfridātia: ut est ad vngm albū: z si appebit tibi vuln9 a pdnīo mollificari aut fortiter īdurari pp admistratione medicinaꝝ īfrigidātiū: tūc admistra vngtā cal'a. S. i. dolor eniʒ est cā mãe ut ad locū vl'neris defluat: mā ēt nimia defluēte nutrimtū qd ei dirigit nō potēs digē pp ei9 defectōeʒ eo crudo manē te ī putredinē vtit. vñ nō miror si i eo calm fit apa. S. nā sp opʒ custodire cursū nāe dū est: z dū nō est restaurare.

¶ Seqt de vulnē fcō in uētre: z de mō suēdi. Cap. VIII.

Cum accidit vuln9 in ptib9 uētris sepe euenit q egrediunt extra çirb9 adipin9 aut ītestina aut splen: aut epar ex qua curatiōe cura ut vuln9 īcarnet: z nō dimittatur sāguis ɔgelari in īteriorib9: z cū diuersiuis diuertendo talr q phibeat flux9 sāguis. Sʒ qñ occurret q ītestina z çirb9 zc. ex̄ vulnus exiuerint: qtuor ītētiōes in mēte medici occurrūt. Prima est ut ītestina ad suū ppriū locū reducant: z pp hoc ut bñ videris anothomiā ut ego ppriis manib9 anothomiçaui sepe. 2a ītētio est ut vuln9 suat. 3a cū pulnē ul' vnguēto īcarnatiuo pcedat. 4a intētio est ut sis sollicit9 ut nō pueniat alicui mēbro pncipali timor: s. ne sanguis ɔgelet in īteriorib9. Si v̄o accidit q ītestina exeāt: bñ respice si ab aere sunt alterata. i. tumida ul' plena uētositate: z si sint pforata: sic q sterc9 ex̄ vulnus appeat ītestini: ul' si sint de minutis ul' de maiorib9 ītestinis: ul' si hoc vuln9 fit circa ptes vmbilici per spatiū triū digitoꝝ: q locus si est vulneratus utplm est mortale. Dato q ītestina sint ex̄ vuln9 z plena uētositate: z ēt sint pforata: p9 si potes facta ablutiōe cū vino nigro stiptico z uētositate carminata cū reb9 ipsā carminātib9: sic floꝝ camomille. Seminū aneti dauci fenicli cimi: sileris spice nardi z silib9: deide ītestinū qzto citius potes ītromitte. Sʒ si strictura vulneris te īpedierit tūc āplifica vuln9 sapiēter cū istro tuo qd uocat gamaut: qd istrm nō īcidit a pte anteriori: z hoc est ne īcidas ītestina iuisibilr. Nō qñ ītestina sūt vulnerata vidēdū est an sint de grossis an de sbtilib9: si aūt de grossis aut sūt īcisa totalr: aut sʒ ptē: z si sm ptē: aut sm lōgitudinē aut nō. Si v̄o sm pteʒ: tūc medic9 suat talē ptē ītestini cū acu sbtilissima z cū filo de serico firmo z nō nimis torto īcerato: ul' cū filo lineo firmo. Si totalr sm trāsuersuʒ: tūc īfallāter iudica ipʒ mortuū. Si v̄o ītestinū fuerit vulneratū sm lōgitudineʒ: tūc est meli9 sanabile: q: ītestina grossa sunt magis carnosa. Ista v̄o vulnera sunt minus mortalia. vñ crede mihi q pauci liberant. Et si accidit vulnus in ītestinis minutis suat: ut dic Albucas cū capitib9 formicaꝝ grossaꝝ: capiēdo labia vulneris ītestini vna post aliā: donec expleueris capita īcidēdo. aliq dicūt ītromitti debē cānulā sup suēdo. Sʒ istud nō est dicēdū: q: paucissimi ul' nulli liberant: maxie in ītestino ieiuno: z rō pp mltitudinē q est i eo de uenis: deide pp ppinqtatē suā ad nāʒ neruoꝝ: pp mltitudinē effusiōis colē a chisti fellis ad ipm: pp caltitē ultio suā: q: hoc ītestinū est magis ppiquū epati aliis ītestinis. Modus suēdi. ītestinū suat ī modū pelipariorū ex̄ vuln9 dimittēdo filū: qm iste est melior modus suēdi aliq alio mō. sup v̄o suturā aspgat de isto pluē īcarnatiuo. Rz. thuris mirre sarcocolle masticis olibani. sādarace sāguis draconis añ. ʒ. j. fiat pluis. ¶ Si aūt çirb9. i. ratella exiuerit in breui tpe ab aere alterat: q: nō est necesse ut ītromittat: q: ī breui tpe alterat: ut ait Aui. qzuis morent tpe puo: z citi9 qz ītestina z epar. Intestia z epar qzuis morent tpe lōgo cū īgrediunt uētrē redeūt ad suas nās: cū īcarnat vuln9. Zirb9 aūt cū alterat ab aere si in corpe redeat it9 apabit z īducet egrū ad mortē. Modus aūt pcedēdi in çirbo anteqz ītromittat totū qd est alteratū īcidat pus ligato z causticato cū auro ul' argēto ul' ferro ul' cādela cere decolādo sup caput orificioꝝ uenaꝝ: z filū ex̄ vuln9 dimittēdo donec exit ɔsolidatio çirbi z filū ad ex̄ expulsuʒ erit a nā. Si aūt ps aliq epis ul' splenis exiuerit: si illa ps nō erit vulnerata ītromittat. Si aūt fuerit vulnerata z pfunda īdicat tale vuln9 mortale: z h pp magnā emorosagiā sāguis: z pp nobilitatē mēbri z opationes nāles deficiētes: sine qb9 vita pmanē nō pōt. In vulnē epis ul' splenis abluant z ītromittant: q: nō recipiūt suitiōes: sʒ vuln9 extrīsecū cū mirach z sifac cū decētī sutura: z spera ī deo z in nā. Sutura aūt uētris ut narrat Aui. cōprehēdi pōt trib9 modis. pp qd ut dic Mūdinus: mirach cōponit ex qtuor reb9. Prio ex pelle. 2o ex piguedie. 3o ex pānicl'o carnoso. 4o ex octo muscl'is: duo lōgitudiales: duo latitudiales: qtuor trāsuersales. Cōpō mirach est vnus pāniculus in ītestino mediante çirbo. Prim9 modus suēdi sm antiqs. Incipe cū acu sbtilissima z cū filo de sirico ul' de neruo q est magis approbata: sic sunt chorde istroꝝ madefacte in aq: z fige mirach ex vna pte tm̄ ex vna pte dimittēdo sifac: z ex alia parte postea cape sifac ex alia z anoda duplr nodū cursiuum. Iteꝝ īcipe in aduersa pte exteri9 ad ītra z pfora totū mirach cū sifac z ex alia pte cape soluʒ mirach absqz sifac z anoda bis nodū: z noda firmiter: z sic ordiate pcede donec expleuisti suturā. ¶ Ali9 modus suēdi cape totū mirach cū sifac ab vno latere: z silr ab alio latere exeūdo z noda nodū: z sic p istū modū pcede usqz ad finē. ¶ Alius modus piliparioꝝ. i. sm suturā eoꝝ: hoc mō cape mirach cū sifac ex vna pte z ex alia exeundo mirach sine sifac. Et iteruʒ cape ex alia pte mirach absqz sifac: z ex alia pte cape sifac exeūdo cū mirach: z sic pcede sm moduʒ piliparioꝝ usqz ad finē: pūcta aūt debēt distātia eē inter se p spatiū latitudis digiti anularis. Nā nimia amplitudo nō tenet sm q opʒ: z qñ pūcta sunt nimis stricta: q: labia vulneris disrupunt. Et nō q filū nō sit nimis tortū: q: iuuaret ad disneptioneʒ z tumet potes destorquē. ¶ Quart9 modus suture z maxie in labiis pueroꝝ: q: si sueres cū filo disrupet: sic in ridēdo z ī plorādo: z h talis sutura fit dimittēdo acus z circūcirca uoluēdo filuʒ z anodādo: ut nō posit disgregari nec possit acus remoueri usqz ad pfectā ɔsolidationē: z pūcta acus īcidat cuʒ tenalia: ne pūcta figat in carne: z si vis potes facē acus argēteas: si vis dimittē in carne qd erit bonū p nobilib9 z delicatis. Situs īfirmi ad ītromittēduʒ ītestina situet tali mō ut vuln9 stet alti9 ut ītestina nō expellant ab aliis ītestinis. v̄bi grā. si vuln9 est in latē dextro uoluat eger sup sinistrū: z sic de aliis. Et h postremo nō q de vulnerib9 ītestinoꝝ epatis splenis mltoples moriunt qz euadāt: q: difficile est ītestina ad ppriū locū situare.

¶ Sequit de ligatura vulnerum. Cap. IX.

Concordati sunt oēs medici h9 artis maxie Galienus z sui successores q ligaturas facē possum9 ī vulnerib9 z scissuris trib9 z denoiando dictas ligaturas trib9 noib9. ¶ Ligatura īcarnatiua est illa que p ligaturā incipiētē ex duob9 capitib9 stringēdo facit adherē duo labia vulneris ad inuicē q erāt elōgata: z ista est melior ligatura ligaturaꝝ. Sʒ si vuln9 fuerit magnū atqz pfūdū necē est q currat aliqñ sutura: z aliqñ plumaceolis triāgulat9: qm coartat sup scissurā tm̄. z su9 hoꝝ plumaceolorū triāgulatoꝝ sit sic exēplū qd ex̄ appet. Sit linea recta vulneris iter duos plūaceolos triāgulatos: sic ex̄ appet z vna ps fascie strigat sup duos puluillos: z alia ps iteꝝ descēdat sup duos plumaceolos crucialr uoluēdo z strigēdo fasciā uolutā a duob9 capitib9 donec adherē carni facias cū tua ligatura: stringēdo sex angulos. Istud ligamē fascie duoꝝ capitū cuʒ istis plumaceolis triāgulatis tenet z coartat sup locū scissure: fortius qz si plumaceoli eēnt qdrati. ¶ Ligatura expssiua saniei. Incipe cū vna fascia ab vno capite a pfūdo vulneris: z semp v̄sus orificiū ligādo molli9. Exēpli grā: ponat q qdā hō hēat orificiū vulneris in medio coxe: z fūdū sit circa ptes genu: tūc age: sʒ sine īcisiōe si alr facē potes. Incipe cū pluma-

ceoils in pfundo:z cũ ligatura strigẽdo usqȝ ad orificiũ
suauiter fasciã mollificãdo:z sic iste modus ligature est
ualde utilis in vndimia z in q̃libet tumefactiõe tybiaꝝ:
ad ꝓhibẽdũ ne mãe descẽdãt ad ifima. Ligatura ꝯserua
tiua medicamis sup̃ vulnus:q: utp̃m fieri opȝ in ꝯtusio
nib⁹ cũ vulnẽ:in qb⁹ opȝ ut fiat sanies que utilis est: s̃m
ꝙ visuȝ est in experiẽtia:fac ipaȝ talr ut ꝯseruet medica/
mẽ sup̃ locũ:z ꝙ nõ ducat dolorẽ in mẽbro pp nimiam
stricturã:q: p hoc augmẽtaret dolor z apa. In aliqb⁹ ca/
sib⁹ ligatura icarnatiua z expᷣssiua saniei nõ põt fieri pp
aliqđ ipedimẽtũ.s.qñ vulneri associat dolor uľ apa uel
alteratio.uľ qñ vulnus erit in capite:q: caput est mẽbrũ
tale rotũdũ:q: in ipo nõ põt bñ fieri nisi ligatura ꝯsuati
ua medicamis. Et silr sutura nõ eẽt bñ ꝯueniẽs in capi/
te qñ ibi eẽt vulnus:nisi illđ vulnus eẽt in loco discoop
to in capillis. Sȝ si occurrat vuln⁹ fieri in lacerto aut erit
totalr:aut s̃m p̃tẽ:aut s̃m lõgitudinẽ:aut trãsuersalitatẽ:
tũc sue si tibi videt:q: hec sutio fit s̃m iudicium optimi
medici:sȝ utile est aliqñ ponẽ stuellos sine sutura:icipiẽ
do a fũdo vulneris:z sic successiue ꝓcedẽdo vnũ stuellũ
post aliũ cũ illo mirabili vnguẽto:qđ demõstrabit i ca/
p̃lo solõnis ꝯtinuitatis neruoꝝ:qm̃ ibi magis erit ad ꝓ/
positũ:z h̾ mõ opȝ fieri:ne fiat icarnatio in p̃te supficiali
z in fũdo remãeat abscõsio z cauerna. Stude itaqȝ q̃tũ
potes repire fundũ vulneris:q: h̾ sepe ꝯtigit:ꝙ cũ aliqs
vulnerat⁹ fuerit in illo istãti:medic⁹ optie repiet funduȝ
vulneris:sȝ post extinctionẽ istr̃t:medic⁹ nõ poterit repe
rire fundũ:z in talib⁹ vulnerib⁹ opȝ ut elargemus z am
pliemus vulnus pp timorẽ cauerne. ¶ Vulnera aũt ca
dẽtia in musclo:s̃m lõgitudinẽ sunt magis apta icarna/
ri z ꝯsolidari cito q̃ȝ vulnera q̃ erũt s̃m trãsuersalitatẽ.

¶ Sequit cap̃m de medicinis incarnãtibus: qđ cap̃m
s̃m Auicen. incipit. Harum medicinarum.

Cum supius facta sit mẽtio in gñali de medi
cinis icarnãtib⁹. Nũc sic fac op
timus Aui. ponã in spãli:sȝ v̾tutes haꝝ mediciaꝝ incar/
natiuaꝝ iã narrauim⁹ ꝓpetatẽ z ꝯtinuatiões ipaꝝ. Re/
periri pñt iste medicie ex p̃te triũ cãꝝ.s.aut ex p̃te mine
raliũ:sic sunt septẽ metalla q̃ gñata sunt ex mineris terre
ut litargirũ/cerusa/antimoniũ/thutia/sulfur/miniũ/plũ/
bũ/z alia q̃ sunt de se mioris v̾tutis:z ad itroducẽdũ effe
ctũ icarnãdi pp grossaȝ eaꝝ penetrationẽ:nisi admiscea
tur cũ oleis ad formã vnguẽtoꝝ:z oleũ adiuuet ad defe/
rẽdũ v̾tutẽ hoꝝ mineraliũ ad fundũ vulneris:qđ dȝ in/
carnari:qm̃ in vnguẽtis oleũ est tanq̃ȝ s̃ba: z cera tanq̃ȝ
corp⁹. ¶ Nõ ꝙ oẽ oleũ qđ apponit in vnguẽtis vulne/
rũ:dȝ eẽ exiccatiuũ:ut est oleũ mirtinũ:oleũ masticinũ.
¶ Medicamia icarnatiua ex p̃te plãtaꝝ:sunt sic folia ar
boris querci mascule empl̃ate.z folia salicis/folia caulis
folia amboꝝ maloꝝ/folia arnoglosse. Et de gũmis glu/
tinuȝ albotin z ꝓpe in mẽbris neruosis/z nux cipressi/z
puluis molẽdini/z ordeũ adustũ:z ꝓpe in senib⁹ cuȝ ce/
ra z oleo mirtino:z herbe caude eqne. ¶ Ad gñandũ
carnẽ in vulnerib⁹:que sũt in capitib⁹ lacertoꝝ. ¶ Me
dicia v̾o icarnatiua ex p̃tib⁹ aialiũ est lac acetosuȝ ualde
z pili boium adusti:z sanguis hois adustus.

¶ Medicamina composita ut tãgit Auicẽ. sunt ista:ut pri/
mum medicamen est vnguentum ruffi.

¶ Ung^m ruffi. ad sanãdũ vulnera icarnãdo. ℞. endici. mi
nij. litargiri. añ. ʒ. ij. laudãi. resine pini. lacce. purpurie pi
ctoꝝ. añ. ʒ. j. oli mastici. z cere qđ suffi. fiat vng^m: qđ ꝓ no

¶ Unguñ aureũ mirabile ꝉ bilib⁹ est mirabile z p̃ciosuȝ.
aucte Mesue ad incarnãdum. ℞. cere citrine. ℥. vj. olei
mirti. lb. ij. ß. terbẽtine. ℥. ij. resine colophonie. añ. ℥. j. ß.
olibani masticis. añ. ℥. j. z cere citrine. ℥. j. fiat vnguẽtuȝ.

¶ Ung^m incarnatiuũ aucte Esculapij p̃mi medici. ℞. her
be dcẽ latij: que ẽ maxie ꝓpetatis. Nã cecãdo filios hirũ
dinũ tãgũt ocl̃os cũ hac herba z redit visus: z dcã herba
pl̃uerizet: z resine pini. añ. ℥. ij. oli z cere qđ. s. fiat vng^m

¶ Unguñ de florib⁹ salicis aucte Democriti: qđ ualet ad
incarnãdũ. ℞. floꝝ salicis z succi folioꝝ eius. ʒ. ij. lachry
mi uel terbẽtine loco eius. ʒ. ij. aspalti uernicis humide
añ. ʒ. j. colophonie. ʒ. ij. olei z cere qđ sufficit. fiat vnguñ

¶ Ung^m icarnatiuũ. ℞. succi pulegij mõtani. succi calamẽti
succi cẽtauree uľ pl̃ueris istoꝝ. añ. ℥. ij. ol̃i mirti. z cere qđ

¶ Empl̃z de lino aucte Mesue: qđ ꝉ suffic: z fiat vnguñ.
relatũ fuit Alex. ℞. oppopo. p. j. rasure pãni de lino s̃btil
lis antiq z mũdi. p̃tẽ. ß. vini z mell̃. z ol̃i roß. aut mirtini.
p. v. litargi. aloes sarcocol. mirre. añ. p. j. tertiã: fiat vng^m
sic terẽdo in mortario: infundẽdo nũc oleuȝ: nũc vinũ: z
qñqȝ additur in eo vitriolum partis vnius quarte.

¶ Ung^m mei magri Luce ad icarnãdũ. ℞. minij. ℥. ij. ter/
bẽti. ʒ. j. cere rubee z ol̃i ro. qđ suffic: fiat vng^m ad formã

¶ Ung^m aliđ mei Luce. ℞. masticis. ʒ. ij. ꝉ vngti citrini.
puri albi z bñ mũdi: z madefac i aq̃ salute cal̃a actu: in tã
tũ ꝙ fiat sic colla: z postea adde pl̃ueris masticis z thuris
z v̾nicis liquiđ. z puluis de p̃te fortiori rasine: añ. z fiat
mixtio: z si deficcet ab aere: madefac cũ aq̃ cal̃a salute.

¶ Pl̃uis icarnatiu⁹. ℞. pl̃ueris gallaꝝ cip̃ssi. z gallaꝝ q̃rci
nõ p̃forataꝝ/thuris/masticis/sarcocolle/tartari/alũinis
çuccarini: fiat pl̃uis s̃btilissim⁹ oiuȝ. añ. z sup̃ locũ appo/
ne i p̃te supficiei: z si tu vis potes facẽ vng^m cũ ol̃o z cera

¶ Seqt de medicis cicatriçatis seu ꝯsolidatiuis. Cap. X.

Consolidatiuũ medicamẽ z ci/
catriçatiuũ z sigil
latiuũ idẽ itelligat significare: ẽ illđ tale medica
mẽ qđ exiccat supfluitatẽ supfluẽtẽ ad supficiẽ vulneris
donec fiat cortex sup ipo custodiẽs a nocumẽto extriseco
donec cutis i vulnẽ gñet. vñ cicatriçare vuln⁹ nihil aliđ
est q̃ȝ carnẽ in supficiẽ vulneris indurare. Sigillatiuuȝ
v̾o medicamẽ est illđ qđ idiget uehemẽtiori exiccatiõe
z m̃ta stipticitate: qm̃ nece est ut recupet qđ nãlr est ue/
hemẽtioris exiccatiõis. s. cutẽ exiccãdo hũiditatẽ ex̃neã
z radicalẽ uehemẽter. ¶ Scias ĝ ꝙ medicamẽ ꝯsolida
tiuũ cũ auxilio nãe addit in q̃ȝtitate carnis donec ꝯsoli/
det vulnus: sȝ aliqñ tibi occurret ꝙ ꝯsolidare uolueris
vulnera: z nunq̃ȝ poteris cũ medicis sumẽtib⁹ nomẽ cõ
solidandi: qm̃ qñqȝ vulnera distẽperant in cal̃itate aut
fri. uľ sic. uľ hũiditate. Bon⁹ ĝ medic⁹ debet de h̾ ꝓuidẽ
z reducẽ h̾ tale distẽperatũ cũ ꝯ̃rio ad suũ tẽperamẽtũ.
v. g. Si vulnus fuerit ualde supflue calidũ: qđ significat
rubedo z cal̃itas appone medicamia frida: sic vng^m de
cerusa uľ aliđ sil̃e: donec remoueat illud qđ supfluit de
cal̃itate. z silr itellige de alijs q̃litatib⁹. Multa adhuc alia
occurrũt ipedimẽta ꝯsolidationũ. Exẽpli grã. Sicut caro
mala q̃ orit in vulnerib⁹: aut caro callosa siue dura circa
labia uľ itus: uľ malus hũor q erat in corpe vulnerati: q̃
oia a medico ꝯsiderãda sunt. Oib⁹ igit his casib⁹ ipedie
tib⁹ addẽ opȝ suã medelã: z cũ suo ꝯ̃rio morbũ abijcẽ: z
postea reuertaris ad ꝯsolidãdũ vuln⁹: tã cũ medicis sim
plicib⁹ q̃ȝ cõpositis. Prio ĝ icipiam⁹ a medicis simplici
b⁹ app̃obatis p egregios doctores. rasina sic. h̾ est pl̃ue
riçata. pl̃uis mirti. puluis abrotãi. assari. i. ruthe caprarie
pl̃uis corticis eris. pl̃uis olibani. pl̃uis litargiri. pl̃uis cẽ
tauree mioris. pl̃uis uene tinctoꝝ. i. ruça. pl̃uis aristol̃.
puluis ex ossib⁹ cõbustis. pl̃uis alumis rochie cõbuste.
pl̃uis gallaꝝ cip̃ssi. pl̃uis folioꝝ ficus. pl̃uis herbe pedis
coruini. pl̃uis stercoris canis comedẽtis ossa. pl̃uis lacer
ti viridis. pl̃uis yreos. puluis thutie. ¶ In cõpol̃onibus
aũt cal̃is. puluis sandali. puluis nenuf. puluis aloes. pul
uis ro. puluis aristol̃. puluis cholchotar. i. vitriolum cõ/
bustũ. z litargirũ. puluis ceruse. puluis sepie.

¶ Ung^m ꝯsolidatiuũ. ℞. pãnũ lineũ ablutũ z nitidũ z te/
re uľ cũ cultello frica: z fiat pl̃uis sic alcohol: deide sume
oleũ uehemẽtis stipticitatis: sic oleũ mirtinuȝ: z pone in
ipm paꝝ galbãi z dissolue: z pone i ipm pãnũ ꝯsectũ: z
ex eo fac vng^m: z si vis ꝙ forti⁹ opet: addat paꝝ thuris z
aristol̃. rotũde cõbuste: z istđ est vng^m relatũ ab antiqs.

¶ Ungm nigrũ auc̃te Aui. qð uocaẽ vngtũ tetrafarmacũ
i. de q̃tuoꝛ rebꝰ. ℞. litargiri. ℥.j. aceti foꝛtis. ℥.iij. olei. ℥.j
decoquanẽ oĩa cũ studio ne aduraẽ ꝛ moueaẽ: donec co
aguleẽ: ꝛ istð vngm positũ est ab Auic. in .5º. Sed si vis
ut adhuc foꝛtiꝰ faciat nasci: tũc pone de thutia. oppopo. ari
stologia adusta. e. p. ut sit sicut põdus medicinaꝝ q̃tuoꝛ:
¶ Ungtũ digestiuũ ꝛ icarnatiuũ. ℞. terbẽtine lote. ℥.iij.
mellis ro. colati. ℥.ij. mirre. sarcoco. aã. ʒ.vj. farine oꝛdei
℥.j. vitelloꝝ ouoꝝ. ij. croci. ʒ.j. misceanẽ oĩa bñ cũ spatu/
la: ut bulliant aliquantulum cum igne lento.
¶ Ungtũ de cẽtaurea icarnatiuũ. ℞. cẽtauree mi. ℥.j. ari/
stol. rotũde. ℥.ß. uene tictoꝝ. ꝛ lacce. aã. ʒ.ij. terbẽtine. ℥.j
olei masticis. ℥.j. cere qð sufficit: fiat vnguentum.
¶ Ungtũ citrinũ ꝯsolidatiuũ in pueris. ℞. terbẽ. ℥.ij. ce/
ruse. ℥.j. olei mirti. ℥.ij. argẽ. vi. extictι. ʒ.ß. cere qð suffic̃
fiat vngtũ i moꝛtario sine igne pp argẽtũ viuũ ne saliat.
¶ Cerotũ siue vngm duruȝ de cerusa. ℞. ceruse ꝛ oli ro. ad
placitũ i triplo de olo: ꝛ tãdiu decoquanẽ donec denigre
scãt: ꝛ fac lentuȝ ignẽ: ꝛ cuȝ vngtũ incipit inuiscari: adde
de sapone castrati ad tuum placitum: ꝛ fac cerotum.
¶ Cerotũ de minio mirabilr ualet. ℞. miniȷ. ℥.j. oli ro. ℥.
ij. ꝛ tãdiu bulliãt tãtũ cũ lẽto igne: ne miniũ i pfũdo catie
aduraẽ: ꝛ fac ipm viscosum ꝛ durũ ad foꝛmã ceroti.
¶ Puluis cicatriçatiuꝰ. ℞. pulueris ossiũ cruriũ uaccaruȝ
adustoꝝ. ℥.j. plueris alũi. adusti. ℥.ß. pulueris alumis çuc
¶ Puluis rub. ℞. ruçie tictoꝝ: ossiũ ⌊carini. ʒ.ij. misce sil.
uacce cõbustoruȝ. merdasengi. aã. ʒ.ij. thuris. aloes. ʒ.iij.
sarcocolle. memite. aã. ʒ.j. fiat puluis.
¶ Puluis aliꝰ rosorũ. ℞. ceruse. plũbi. balaustie. aã. ʒ. vij.
gallarũ. seminis ro. aluminis. aã. puluis coralloꝝ. ʒ.j.
¶ Medicamẽ optimũ p senibꝰ. ℞. oꝛdeũ cõbustũ ꝛ pulue
ris resine sicce ꝛ sauie ꝛ cũ cerusa plũbi. aã. ʒ.j. ꝛ fiat pluis
¶ Ungm mirabile i oĩ cõplone. ℞. ⌊q: ualet pꝛo senibꝰ.
saponẽ albũ. ℥.j. pulueris endici. pulueris curcume. pulue
ris sang. dꝛa. pulueris succi celidonie ꝯgelate. aã. ℥.ß. re
sine pini. ℥.j.ß. pulueris batiture eris. ʒ.ij. antimõij. ʒ.j. ce
re citrine ꝛ olei rosati q̃tũ sufficit ad incoꝛpandũ: ꝛ adde
modicum de visco quercino: ut fiat bona ꝯglutinatio.
¶ Sequitur capitulũ de medicinis facientibus nasci car
nem in vulneribus ꝛ ulceribus.
¶ De medicinis facientibus nasci carnem: ꝛ est expositio
dictoꝝ superius capitulo. 4º. Cap. XI.

IAm dixi ꝓpetatẽ medicinaꝝ faciẽtiũ
nasci carnem: ꝛ quõ opȝ ut
sint in cõplonibꝰ suis. Hoc ãt caplm est expositi
uũ illiꝰ qð dixi sup̃ de medicis gñantibꝰ carnẽ: ꝯtinuãdo
dcã Aui. ꝛ dicẽdo magis i spãli. Medicie q̃dẽ faciẽtes
nasci carnẽ: admistrenẽ cũ mũdificatiuis si fuerit locꝰ: ꝛ si
in pfũdo vulneris erit os discooptũ: tũc mũdifica illð os
raspãdo illð: ꝛ exicca ipm foꝛtiter cũ çegi. Nã lenitas si/
ue hũiditas extnea ossis ꝓhibet natiuitatẽ carnis sup ipȝ
ꝛ cũ exiccaẽ ꝛ raspaẽ cũ raspatorio ẽ illð sup qð fit mã ex
qua gñaẽ bona caro. Medicia igiẽ gñatiua carnis exic/
cat in pº g̃du: ꝛ paꝝ plus aliq̃n ħȝ cõplonẽ mẽbꝛi cui ap/
plicaẽ: q: medicia fac̃ nasci carneȝ in vno coꝛpe: ꝛ in alio
nõ. Hⁱ est: q2 in vno est diminuta exiccatio in alio tẽpata
pp diũsas cõplones aut regiões. Oẽ q̃dẽ exiccatiuũ cuiꝰ
siccitas est mioꝛ siccitate coꝛpis nõ fac̃ nasci carnẽ i aliq/
bꝰ coꝛpibꝰ: donec ptrãseat eq̃litatẽ in siccitate ꝯueniẽti ꝛ
debita. Nã ꝯtigit ꝙ exiccatio dȝ eẽ in respectu ad ulcus
ad cõplonẽ coꝛpis. Exẽpli grã. Aliq̃n vulnꝰ est hũidũ ꝛ
coꝛpꝰ sic. ꝛ sic ecõtrio: ꝛ q̃nq; sũt ambo hũida ꝛ q̃nq; sic. In
pª dispõne q̃n coꝛpꝰ est hũidũ ꝛ ulcꝰ siccũ. sit sic olibanuȝ
ꝛ faria fabarũ ꝛ faria oꝛdei: ꝛ maxie ꝯueniũt in cõplone
senũ. In 2ª dispõne q̃n cõplo erit sicca ꝛ vulnꝰ hũidũ: tũc
nec̃ie sũt medicie uehemẽtiꝰ exiccatiue cũ mẽsura ꝛ opa
tõe. ut aristologia. radix oppopo. ꝛ dꝛagagãtũ. ꝛ vitriolũ
adustũ. In duabꝰ ãt aliȷs dispõnibꝰ. s. q̃n ambo sũt hũida
ul q̃n ambo sũt sic. admistra sicut sũt medicie medie: sic

yreos ꝛ farina lupinoꝝ. Senes ãt ut tãgit Aui. egẽt me
dicis: in qbꝰ est calitas maioꝛ ꝛ attractio foꝛtioꝛ sicut pix.
thus. faria oꝛdei. faria fabarũ. farina orobi. radix liliȷ. ari/
stol. climia. oppoponacũ. Sȝ si videbis te nihil ꝓficẽ cũ
vno vngtõ: tũc declia ad alið vngm: q: in vna medicina
repiri põt ꝯueniẽtia ꝛ discõueniẽtia: ꝛ pp hⁱ cõcediẽ fieri
admixtio pliuȝ mediciaꝝ ad iuicẽ ꝯsiderãdo: q: vna sup
plet vtutẽ alteriꝰ. Igiẽ dico ꝙ a me ꝯsuȝ est: ꝙ oibꝰ vul/
neribꝰ desiccatiua ꝯueniũt: sȝ tñ si sũt ꝯcaua minꝰ q̃ȝ i aliȷs
vulneribꝰ: desiccatiua sũt apponẽda. nec̃e tñ est ea eẽ mũ
dificatiua. Eis vo que solũ opȝ solidari mltũ desiccatiua
nisi mũdificatiõis ꝛ paꝝ stipticitatis hñtia ꝯueniũt: que
aũt sunt cicatriçãda stipticis ꝛ desiccatiuis opus habent.
¶ Ungm faciẽs nasci carnẽ ꝛ digestiuũ. ℞. terbẽtie bñ lote
cũ vino. ℥.ij. ꝛ vitella oui nũo. ij. mell. ʒ.ij. thuris. ʒ.j. fiat
¶ Alið vngm ꝓ paupibꝰ: qð cito põt fieri. ℞. ter ⌊mixtio.
bẽtie. ℥.j. ꝛ misce cũ vno vitello oui sine igne: ꝛ si tu vis
potes abluẽ terbẽtinã: ꝛ erit bonũ i pueris ipam abluẽ.
¶ Aliud vngtũ gñatiuũ carnis. ℞. terbẽtine. ℥.ij. vnum
vitellum oui. mellis ro. ʒ.ij. farine miliȷ ꝛ thuris ꝛ sang.
dꝛaconis. aã. ʒ.j. misce: ꝛ fiat vnguentum extensibile.
¶ Alið vngtũ digestiuũ ꝛ gñatiuũ carnis. ℞. resine pini.
ꝛ terbẽtine. aã. ℥.ij. ponãtur ad ignẽ ꝛ liquefiãt ꝛ colenẽ
per petiã: ꝛ postea addaẽ de terra alba ꝛ oleo ro. qð suf/
ficit. ꝛ fiat vngtũ: ꝛ postea addaẽ puluis thuris. sandara
ce. sarcocolle. yreos. ʒ.ij. ꝛ optime incoꝛpenẽ insil cũ spa/
tula: postea malaxenẽ cũ vino montano pluries.
¶ Ungm gñatiuũ carnis: ubi eẽt mala cõplo calã. ℞. ceru
se lote. ℥.iiij. litargiri. ℥.j. oli violati ro. aã. ℥.j. cere. q. s.
fiat vngtũ: ꝛ in fine addaẽ vnũ albumẽ oui recẽtis.
¶ Puluis gñatiuus carnis: ubi possit puluis remoueri oĩ
die: ꝛ hoc in vulneribꝰ. ℞. radicẽ herbe que uocaẽ falco
neria: alr uocaẽ herba vngarica: ꝛ assimilaẽ maluauisco
ꝛ floribꝰ ꝛ foliȷs ꝛ in radice: ꝛ exicceẽ radix in furno: ꝛ fi/
at pluis: q: nulla res est magis mirabilis in gñando car
nẽ: ꝛ est calã ꝛ sic. in scðo gradu: ꝛ multũ ualet in tybiȷs.
¶ Puluis de sanguine dꝛa. de mirra. de aloe. de sandara/
ca. de thure. de litargiro. de hermodactilis. de aristolo/
gia. de sarcocolla. de corallis rubeis ꝛ osse cõbusto. ꝛ an
timonio. ꝛ flore eris. ꝛ thutia. ꝛ de aliȷs.
¶ Ungm gñatiuũ carnis i senibꝰ. ℞. picis naualis. ℥.ij. de
purate a soꝛdibꝰ terbẽtie ꝛ resine pini. ℥.ß. pulueris floris
eris. ℈.ij. litargiri. ʒ.ij. oli cõis ꝛ cere qð. s. fiat vngtũ.
¶ Aliud vngm incarnatiuũ: ꝛ uocaẽ vngtũ ceraseos faci/
ens nasci carnẽ in vulneribꝰ: ꝛ mũdificat ꝛ icarnat vul/
nera. ℞. aristol. rotũde. radicũ yreos. sang. dꝛa. armonia
ci. sarcocolle. aã. ℥.ß. litargiri triti ꝛ pluericati. ℥.v. ꝛ de/
coque litargirũ cũ lb.j. oli usq; ꝙ liq̃fiat: ꝛ ꝯfice cũ aliȷs.
¶ Alið vngm mirabile optim ad vulnera putrida: ꝛ gñat
in eis carnẽ ꝛ sigillat ꝛ ꝓhibet putrefactioneȝ. ℞. mirre
aloes sarcocolle. aã. p.j. mellis dispũati dupluȝ põderis
oiuȝ vini boni albi. q. s. fiat vngm: decoquaẽ cũ facilitate
usq; q̊ hẽat spissitudinẽ: ꝛ q̃nq; addiẽ i medicamie vitri/
olũ. p.ß. ꝛ ꝓpe q̃n itẽdimꝰ ꝯsumẽ carnẽ supadditã i vul/ ⌊neribꝰ.
¶ Sequiẽ de vulneribꝰ in capite absq; lesione
ossis cũ vulnere ꝛ cuȝ ꝯtusione. Cap. XII.

COntingit aũt multiplr caput ab re
obuiante aut re obuiata
vulnerari uel ꝯtundi simul ꝛ semel: aut in loco
coopto a capillis: aut i in loco discoopto absq; lesione os/
sis. Si aũt tale vulnus erit simplex: vnica erit itẽtio cura
tiua. s. ꝯiũctio ptiũ solutarũ: ꝛ hoc cũ sutura siue ligatura
incarnatiua si vulnus fuerit iuẽtũ in loco discoopto a ca
pillis. Si aũt fuerit vulnus in loco coopto timẽdum est
ualde: ne vulnus sit peius sua apparẽtia: q: si lesio trãsi/
ret almocati huic caplo nõ solus modus curãdi ptinet:
sed ad caplm de fracturis ossiũ ꝛ algebꝛa. Medicie aũt
incarnatiue debẽt eẽ exiccatiue ut sup̃ in regulis pulue
riçate desup ea cũ medicia tali in capite icarnatiua cuiꝰ

talis pulueris.℞.aloes mirre olibani sang.dra.aā.ʒ.ij.
Sȝ si tale vulnus fuerit cū effusiōe sanguinis:tūc cura flu
xum sanguinis ipm restringēdo cū albu.oui ꝛ pulueribꝰ
ꝯstrictiuis ꝛ faldellis stupe madefactis in vino stiptico:
ꝛ exp̄ssis tm̄ bn̄:ꝛ postea madefactis in albu.oui cuȝ pul
ueribꝰ bn̄ ꝯquassatis ꝛ abrasis capillis cuȝ forficibꝰ ab ip
so vulnē.Restricto sanguine curet vulnus sicut curant
alia vulnera simplicia.Dixit nāqȝ Ari.ēt de ptibꝰ aīaliū
ꝙ cerebrū gallinaꝝ assatarū q̄tū est poſſe a sua ꝓpetate ꝛ
ꝯuenientia ꝯfortat cerebrum ꝛ retinet fluxū sanguinis.
Maximū qdē ad exiccādū vulnus:ꝛ ad retinēdū fluxū
sang.dr ēē fermētū exiccatū:ꝛ sup̄ vulnꝰ pulueriçatū per
se solū.Si āt vulnꝰ fuerit associatū ꝯtusione:tūc ꝓcede in
h̄ casu maturādo ꝛ digerēdo apa:ſȝ pro sua curatiōe ꝓce
de cū emplro facto de farina ordei.ꝛ cū calamento.ꝛ ma
iorana.folijs lauri.florum camomille:ꝛ florum assari.ꝛ
sticados arabi.ꝛ origani.

¶ Curatio vulnerū capitis usqȝ ad almocati.Almocatꝰ est
pāniculus coopiēs os.℞.olei ro.fic cali ꝛ īfunde in vul
nere pro aliqbꝰ diebꝰ:ꝛ circūcirca vulnꝰ apponēdo stuel
los madefactos in olo ro.ꝛ supra pone hoc tale vngm.℞.
resine pini bn̄ pure.ʒ.ij.pulueris thuris ꝛ gūmi elemi ꝛ
uernicis.aā.ʒ.ij.olei ro.ꝛ cere qd̄ sufficit:fiat vnguentuȝ
ad formam vnguenti citrini:ꝛ postea ablue ipsum cum
vino montano quando erit quasi frigidum.

¶ Emplȝ ꝯfortatiuū cerebri qd̄ multū ꝯuenit in h̄ casu ca
pitis.℞.farine ordei.calamēti.origani.aā.M.j.floꝝ ca
momille assari.maiorane.folij sticados arabici.foliorū
lauri.aā.M.j.ſ.olei ro.ꝛ camomillini.aā.ʒ.ij.fiat em
plastrū cum sufficiēti aqua ad coquēdū ipm:ꝛ istud em
plastrū maxime ualet ubi erit vulnus cum ꝯtusione:ꝛ ēt
si fuerit vulnus cum fractura cranei.

¶ Aliud remediū ualde ꝯueniēs in capite qn̄ erit vulnꝰ cū
ꝯtusione.℞.mel ro.colatū ꝛ ꝓijce in vulnē.q: absterget
saniē ꝛ ꝯſuabit ne caro ulteriꝰ putrefiat:q̄uis sit cōtusa.

¶ Incipit tractatus scd̄s de casu ꝛ offensione:ꝛ de cōtusio
ne:ꝛ attritione:ꝛ excoriatione:ꝛ punctura:ꝛ fluxu sāgui
nis:ꝛ p̄mo de ꝯtusione ꝛ attritione. Cap.XIII.

Dispositiones egritudinales que accidē pn̄t
iūcture Aui.testāte in capº p̄º de dislocatio
ne dicunt ēē q̄tuor.qd̄ cadit hic scire i capº
de casu ꝛ offensione:ꝛ de ꝯtusione ꝛ attritio
ne.Prima qdē dr dislocatio.2ª ꝯtorsio.3ª agamē.4ª elō
gatio.Dislocatio est qn̄ vnum os separat ab alio per ꝯti
guitatē iuncture sepatione integra.Et dr dislocatio qn̄
os erit ex̄ suū situm locatū.Cōtorsio est qn̄ nō est separa
tio integra a iūctura sua nō cōpleta neqȝ apparēte mani
festa.Agamē v̄o est impceptibilis dislocatio cum exten
sione ligamēti iuncture.Elōgatio est quādo iunctuȝ ad
dit supra longitudinē nālem:que fit ab humiditatibꝰ vi
scosis:maxime faciētibus lubricare iuncturas:sed hec re
tardamus:qm̄ hec spectant ad caplm de dislocatione:q:
hic intēdimus loqui de ꝯtusione ꝛ attritione.

Contusio est solō ꝯtinuitatis plurīū ptiū nūo in
lacerto musculus ꝛ pesiculus idem cō
positꝰ est ex carne grossus in medio ut fusus:ꝛ i extremi
tatibꝰ subtilis ut cauda lacerti:ꝛ pp h̄ dr lacertꝰ:q: in for
mā lacerte:ꝛ est cōpositꝰ ex carne neruo ꝛ ligamēto:ꝛ ab
ipsis lacertis oriunt chorde ad dandū motū.Nerui aūt
oriunt a cerebro mediāte nucha ad dandū sensum.Cuȝ
aūt acciderit ꝙ lacertꝰ ꝯtundat:sepe effundit ad ipm sā
guis plurimꝰ ex q̄ fit apa:qd̄ raro ꝯtingit:ꝙ nō putrefi
at:q: nō exalat per poros qui sunt ꝯstricti ꝯstrictione rei
ꝯtundētis exteriꝰ ex pte sanguis apati iteriꝰ:qui si nō re
soluat/ducit mēbrū ad putrefactionē.Et nō soluȝ fit apa
pp ꝯtusionē ꝛ attritionē carnis ꝛ lacerti tm̄:sed etiā pp cō
tusionē ꝛ rupturā uenarū:tā magnarū q̄ȝ circūstātiuȝ illi
loco:ꝛ excoriatio que sequit ex ꝯtusione:aut ex casu uel
offensione si nō p̄paret ad curandum:accidit cancrena
ꝛ mortificatio illi pelli excoriate:sed in attritione vilorū
ꝓcede quantum potes ad sanandum dolorem.

Omnis nāqȝ attritio est ꝯtusio:ꝛ nō ois ꝯtusio at
tritio est:cuius curationē tangit Gal.di
cēdo nō solū in plenitudie corpis:sed ēt in tēperato exn̄
te purgato ꝯfert flōmia pp magnitudinē morbi.Et alibi
Aui.in capº de formica.Cuȝ nō incipis cuȝ euōne humo
ris f̄m ꝙ oportz:imo medicaris ulcus.s.fieri cum eo qd̄ sa
nat:redit ex alio loco cū nocumēto puo.Et in capº hui
māe dicit Aui.Nō repit in pluribꝰ harū dispōnū in hoc
accidēti excusatio a flōmia:imo opifices artis p̄parāt ad
illud.s.flōmiā q̄uis sit mundū.Flōmia fit rōne trīū mo
doꝝ in corpe humano:aut rōne cacochimie uel plecto
rie:aut rōne minuēdi mām peccantē:in quāto ul in q̄lit:
aut rōne diūsiōis:qd̄ intelligi dȝ in h̄ casu:ne sāguis bo
ne q̄litatis ꝛ quātitatis cuȝ puenerit ad locū ꝯtusuȝ plus
q̄ȝ debitū ꝛ nō pro debitis opatiōibꝰ:ꝛ talis sanguis est
appellādus malus.Facta flōmia festinet ad localia:sicut
sunt emplra ꝓhibētia fluxū mārū ad locū:ꝛ talis ꝓhibi
tio estꝰ cuȝ īfrigidatione ꝛ stipticitate:qd̄ nō laudo in ma
gna ꝯtusione.Cuȝ aūt iā sanguis fuerit in loco ꝯstrictus
ꝛ soluis ꝯtinuū:ꝛ times ꝙ mēbrū putrefiat:necessarium
est in tali curatiōe extrhere sanguinē ut non putrefiat aliq̄
pticula mēbri.Si v̄o fuerit possibile ut talis sanguis pp
raritatē porositatū resoluat cum embrocis aquarū cali
darū:ꝛ cum vnguētis ꝛ emplris fiat.Et medicine carmi
nātes sanguinē mortuū:olea resolutiua ꝛ resoluētia las
situdinē in carnē lesam seu lassam siue ꝯtusam:sunt oleū
camomellinū ꝛ anetinū:ꝛ de cimino:ꝛ de croco:ꝛ bde
lium:ꝛ crocū:ꝛ ciminū decoctū:ꝛ aqua ad locū embroca
tum.¶ G.qm̄ mēbra in quibꝰ calida apata sunt cataplas
māda sunt calidis ꝛ humidis.hoc tm̄ nō fit f̄m primā in
tētionē:sed ut allevient dolorē ab eis ꝛ eius mitigēt acci
dentia.Item G.dicit ꝙ aliqn̄ cohibet nos flobothomia
plenitudie corporis nō apparēte.Verbi gratia.Si mor
bus est fortissimus ꝛ molestissimus:ꝛ virtus infirmi sit
fortis:non dubites de flobothomia.

¶ Emplm carminās sanguinē mortuū qn̄ nō erit bn̄ pro
fundatꝰ.℞.malue absinthij.aā.M.ij.in aqua decoctio
nis farine ordei ꝛ seminis lini.ꝛ fenugreci.ꝛ floꝝ camo
mille.furfuris.aā.M.j.sulfuris.ʒ.ij.ꝛ coque oia cuȝ de
coctione malue ꝛ absinthij:ꝛ supra locum appone.

¶ Emplm mirabile carminās sanguinem mortuum.℞.
cere.ʒ.ij.ꝛ misce cum aqua calida:ꝛ cum dicta aqua mi
sce parum mellis ꝛ farine ordei:ꝛ coque usqȝ ad spissitu
dinem:deinde adde paruȝ pulueris arsenici:ꝛ istud em
plastrum mirabiliter resoluit.

¶ Aliud qn̄ sanguis non erit ualde ꝓfundatus.℞.floruȝ
camomille.melliloti.aā.M.j.puluis carnium dauci fe
niculi.spice nardi.aā.ʒ.j.olei anetini ꝛ camomellini.aā
ʒ.ij.farine ordei.M.ſ.mellis.ʒ.j.syrupi acetosi.ʒ.ſ.
misce ꝛ fiat emplastrum.

¶ Emplm ad resoluēduȝ sanguinē mortuū optimū.℞.ce
re.ʒ.ij.terbētine.resine pini.aā.ʒ.vj.olei ro.ꝛ camomel
lini.aā.ʒ.viij.farine fenugreci.thuris.mirre.cimini.ca
lamenti.origani.se.ruthe.aā.ʒ.ſ.ꝛ fac vngm̄ ꝛ colet:ꝛ
cuȝ infrigidatū fuerit:addant pulueres sup̄dicti:ꝛ cum
spatula bn̄ incorporent ad inuicē:ꝛ cum isto vnguēto to
tus locus lesus vngat semp ante comestionem.

¶ Vngm̄ mirabile dictū martiatū optimū ꝛ mirabile ad
carminādū sanguinē mortuū.℞.cere albe.lb.ſ.olei lb.
iiij.ruthe.ʒ.iij.ſ.tamarisci.ʒ.iij.saluie.rorismari.folio
rum lauri.sauine balsamite.ʒ.iiij.lilij.calamēti.spodij.
arthemisie.enule.betonice.brance ursine.spargule.pim
pinelle.agrimonie.absinthij.herbe parelesis.herbe san
cte Marie.cimaruȝ sambuci.herbe grassule.millefolij.
sempuiue.camedrij.cētauree.fragule.qnque folij herbe
cetrach.aā.ʒ.ij.euisci.radicis cimini.aā.ʒ.ſ.mirre.ʒ.iij

fenugreci.ʒ.ʃ.z.ʒ.ij.butyri.ʒ.ʃ.ʒ.j.urtice.violaꝝ.papa/
ueris rub.mēthe ſaracenice z alie mēthe.lapatij. politri
ci.cerdūcelli.matris ſiue gariofilate.meluſa . lingue cer/
uine.criſpule cāphorate.ſtoracis.medulle ceruine.aā.ʒ.
ij.olei nardini.ʒ.j.herbe colligant̄ in medio mēſis Maij
z vna die oēs uel duob⁹ : ſi pōt eē ab hora tertia uſqꝫ ad
meridiē ꝯfice ſic.herbas tritas in odorifero vino ſeptēꝫ
dieb⁹. Octauo vº die ad lētū ignē ponant̄:z cū vinū ali
quātulū cepit ꝯſumi z iſpiſſari:addat̄ p̄dictū oleū z bul/
liāt donec herbe incipiāt diminui:deīde ſtudioſe colen/
tur z ꝓiectis herbis ponant̄:z cū cepint bullire:pone ſto
racē:z cū modicū bullierint:pone butyrū z aſſūgiā aliqꝫ
tulū ꝯtuſam.z oleū nardinū.maſticinū.z olibanū:appo
nas poſtea ceram:z cum cera liquefacta fuerit ſemp cuꝫ
ſpatula agitando:ab igne depone:z cum coagulatū fue/
rit in uaſe reſeruetur.

Cum aūt hec ſit vna diſgreſſio ab obſuādo ordi
nē Aui.opꝫ ut aliqd de magna ꝯtuſio
ne declarem⁹:ut ipſemet Aui.teſtat̄ ibi.ꝙ ſi nō fuerit ita
ſꝫ fuerint ſolones multe z ꝓfūde z lōginque ab eo qd ap
paret:nō eēt excuſatio a ſcarpellatione ꝓfunda:z remo/
ueat̄ qd eſt remouēdū:ꝓcedēdo ſicut ſit in apatib⁹ z ul/
cerib⁹ malis tactis in caplo de pruna z cācrena:z alijs cū
uētoſis z ſcarpellatiōib⁹ in plurib⁹ locis:ſi mā erit multa
ſed feſtinare ad apiēdū ſi accidat ſanies:erit magis etiaꝫ
cū flōmo qꝫ cū medicina cauſtica cū fiat veloci⁹:ſed ſepe
reſoluunt medicine apitiue abſqꝫ ꝙ mā ſanief:z hoc qñ
caliditas nālis adiuuat:z pori repiant̄ apti. Sꝫ in ſūma
ualēt oēs medicine:que dicent̄ in caplo de caſu z offen/
ſione. Si aūt accñtia fuerit ligatura:fac ligaturā defenſi/
uā materierū cū aſtellis.ſi oſſa ſint fracta:z ſine aſtellis z
plūaceolis:ſi nō ſūt fracta oſſa:ligatura vº hēat inceptio
nē in pte iferiori ſtrictā:gradatim relaxādo uſqꝫ ad locū
ꝯtuſuꝫ:z ultra ꝓcedēdo ad ſupiora:magis ſtrigēdo:faci/
endo ꝙ faſcia cedat ſup̄ mediā faſciā:z ſit faſcia de pāno
molli de lino:z nō nouo:ꝙ meli⁹ ligatura adherebit pti
mēbri:z ſup carnem p̄mo ponat̄ hoc tale emplm.

¶ Emplm qd debet apponi in pn° ꝯtuſionis cuiuſcūqꝫ cō
ditiōis fuerit cū fractura ſiue ſit cū vulnē z in quacunqꝫ
pte corpis:z cū fluxu ſanguis.℞.albumia ouoꝝ ad qꝫti/
tatē illā:que ſufficit ꝓ illo loco leſo. Exēpli grā. Duo al/
bumia.olei ro.ʒ.ʃ.pluis boli ar.ʒ.ij. ſanguis draco.ʒ.j.
uolatilis molēdini.ʒ.j.oīa ꝯquaſſent̄ optime:deīde fiāt
faldelle madefacte in vino nigro pus exp̄ſſo:z poſtea li/
gant̄ in dicto emplo:z actu calas:ſi erit hyems:appone:
ut diu⁹ a calore nāli acuet̄:z poſtea p̄m ꝙ ligatura illi lo/
co erit ꝯueniēs:uel ligatura ꝯſeruatiua:uel ligatura de/
fenſiua humoris:uel ligatura incarnatiua:ul ligatura ex
preſſiua. Hic ſolum tangit̄ de quarta defenſiua.

¶ Ungᵐ ad reſoluēdū ſanguinē mortuū.℞.ſanguinē co/
lūbi vni⁹:z cimini:z camomille.aā.ʒ.j.farine fenugreci
ʒ.ʃ.ſpice nardi z ſpice celtice.vini mōtani ſiue vini potē/
tis.ſicut vinū maluaticū:z fiat vngᵐ cū additiōe oli ane
tini ul ro.z ſi tu vis potes facere emplm.

¶ Unū aūt mirabile ſimpˣ vidi in ꝯtritiōe z ꝯtuſione:ſiue
magna:ſiue pua.℞.calaīnti remoti a ſuſtib⁹:z decoque
in vino optio z appone loco patiēti:qm mirabilr remo/
uebit ſanguinē z dolorē in lacerto uel muſculo ꝯſtrictū.

¶ Sequit̄ de caſu z offenſione:qd caplm incipit. Caſus
z offenſio ledunt. Cap.XIIII.

Caſus z offenſio differt a ꝯtuſione z attri
tione:nō ſolū vbo ſed ſignificato.
Cōtuſio eſt ſolo coiter ſūpta in carne z alijs ad
ex:z attritio in muſculo ad ex. Caſus vº z offenſio ſunt
attritiōes z offenſiōes plurīū ptiū nūo ad itra corp⁹ non
viſibilr bñ ad oculū apparētes:ſed utplm per ſigna z iu/
dicia extimatiua. Caſus aūt dr a cado dis . q: hō ſepe de
alto cadit:z ex tali caſu mēbra iteriora ledunt̄. Offenſio
aūt dr ab offendo dis.q: hō ſtans ſepe pacifice a re ꝓie/
cta ab aliquo offendit̄:z per h̄ caſus z offenſio differūt
a ꝯtuſione z attritione qꝫtū ex pte itrinſeca z extrinſeca.
Caſus aūt z offenſio ſunt ualde timoroſa pp occultas ſo
lutiōes in corpe accidētes in viſcerib⁹ z in pāniculis ſuis
z in neruis eoꝝ z in uenis:tā in magnis qꝫ in puis ꝯtē/
tis in mēbris nobilib⁹:z eſt iteruꝫ timor magnus pp ue/
hemētiā doloris attrahētis de mā ad locuꝫ. Corpus gue
magis ledit̄ qꝫ corpus qd eſt leue:ſi cadūt ambo pariter
de alto. Puerile aūt corpus magis ledit̄ qꝫ corpus duꝝ:
z qd eſt graue. Si ambo pariter fuerint offenſi : utputa
cū bacculo uel lapide uel ferro z ſilib⁹. ¶ Iterū glandu
le in caſu z offenſione ad itra per reſolōnē ptiū ſbtilium
remanētib⁹ ptib⁹ groſſis:pñt gñari z curari:cui⁹ curatio
hita eſt ſup̄. ¶ Nocumta ſequunt̄ ex iciſione lacertoꝝ i
corde z ſtōco i tātū ꝙ retinet̄ uria z egeſtio:z aliqñ egre
dit̄ inuolūtaria:z qñqꝫ accidit uomit⁹ ſanguis z flux⁹ ſan
guinis nariuꝫ:q ſigt uenā ruptā in ſtōco aut in epate:aut
in ſplene:aut in capite. Et qñqꝫ accidit fluxus uentris:z
ſtrictura anhelit⁹:z abſciſſio uocis:z ꝓculdubio appropī
quat morti. Sed qñ abſcindit̄ ſmo:z inclinat caput ſine
potētia eleuādi:z ſudat frons ei⁹:ut ait Aui.tunc morit̄
ſtatim. Et hoc ſi ſudor erit fridus ſiue dyaforeticus : ſed
ſi accidat ex ꝑcuſſiōe:aut ꝟberatione:aut ex pūctiōe uo/
mitus ſanguis in hora illa in qua fuerūt pūctiones z uer
berationes z fluxus uētris:z ſi euomuerit ſanguinē mix
tum cū cibis:eſt ſignū manifeſtū mortis ꝓpinque: ſed ſi
adhuc apparuerit aliqd apa:z poſtea occultatuꝫ fuerit z
quieſcat ſine aliq̄ accñte per ſpatiū tpis z poſt illud tpus
euomat ſaniē morit̄ ſtatim:z ille qui cadit ſup tunicā ul
ſup faciē z currat ex eo ſanguis plimus ad locuꝫ leſum:
tūc neciuꝫ eſt ut apoſtemet̄ z moriat̄ . Illi vº q cadit ſup
caput z amittat uocē.z viuat uſqꝫ ad tertiū diē:neqꝫ addi
tur neqꝫ minuit̄ de ſalute aut de morte eius uſqꝫ ad ſepti
mū diē expectādo criſim cū ſit morb⁹ ſupuacuus:z nullo
mō moleſtet̄ cū medicis ſolutiuis añ illud tpus niſi fue
rit cibalis z refocillatiua ꝟtutis.localia vº z diuerſiones
p̄m iudiciū optimi medici fieri pñt. Nā cum locus fact⁹
ex caſu z offenſione nō rubet eſt ſignū ꝙ nerui patiunt̄:
cum ſint mēbra exanguia z apta pati dolorem.

¶ Sequitur de cura caſus z offenſionis quod incipit. Si
non fuerit fractura.

Curatio aūt talis ſi fuerit ſine fractura z diſloca
tione ex fluxu ſanguis:q: illa ſunt remit
tēda in caplo de algebra z fluxu ſanguis. Primo opꝫ ꝙ
ſuccurras mēbro maculato per caſum z offenſioneꝫ talr
ut ꝯſtringat z ꝯglutinet ipm ne ſanguis ꝯcurrat ad locū
diuertēdo. Primo ſi etas z virtus ꝯſentiant cū flōmia z
uētoſis z ligaturis ad ꝯriūm attrahēdo in extremitatib⁹.
Et medicine que debēt in caſu z offenſione tam ex cor/
pus qꝫ intra exhiberi ſub quadruplici intētione concur/
runt. Prima eſt ingroſſando ſanguinē cū vino granato/
rum z ſimiliū ad intra:ita ꝙ ſit cibus z medicina:z ſupra
locū albumina ouoꝝ cuꝫ oleo roſato ꝯquaſſatoꝝ cū pul/
uerib⁹ ꝯſtrictiuis. Scda intētio cuꝫ medicinis ꝯglutina/
tiuis tam ad intra qꝫ ad ex:ut ſunt ſarcocolla z radix fer/
le cōferle ſiue ꝯſolide. Tertia intētio ꝓcedat̄ cum medi/
cinis reſolutiuis:ut ſunt altetera:ſunt ſpēs aromatice:ſicē
ſunt muſcus z xiloaloes.z galliamuſcata.z calamus aro
maticus.z ſpica nardi.z ualet intus z ex. Quarta intētio
procedat̄ cum medicina maturatiua z reſolutiua:ut ſunt
altea.ius ordei.z ptiſana.z cādaruſium.z fenum grecū.
z ſemen lini.z caules decocti.z ius cicerum rubeoruꝫ.z
faxiolorum excorticatorum.

¶ Emplm ꝯſtrictiuum qd ꝯuenit in ꝑncipio ꝓhibendo
mām humoralē:ne ꝑueniat ad locum.℞.albumia ouo/
rum ꝯquaſſatoꝝ nūo qd ſufficit.pulueris boli armeni.z
ſanguis draconis.z uolatilis molēdini.z miſce pro dua/
bus viſitationib⁹:z fac faldellas madefactas in vino ni/
gro:z poſtea bñ expſſas z madefactas in dicto emplo:z

si tibi videt̃ addẽ potes de oleo ro. aut camomellino: aut ruthe: ⁊ hoc est medicamẽ qđ dʒ fieri ad ex: donec nõ currat ampliꝰ de humore. ¶ Itẽ foca siue cirsa quaʒ mulieres bñ cogñscũt: valet maxime in facie ⁊ in pñº ꝯtusiõis.

¶ Emplʒ aliđ ad idẽ. ℞. calamẽti. succũ maiorane. ⁊ feniculi. ⁊ folioꝝ absinthij. ⁊ violaꝝ. ⁊ rosaꝝ ad libitũ. ⁊ olĩ ro. ʒ j. ⁊ farine ordei cũ sufficiẽti aq̃ absinthij: fiat emplm: ⁊ addat̃ in fine decoctiõis. ℈. j. croci. ⁊ bñ ad inuicem misce.

¶ Aliđ vngm ꝯgelatiuũ siue oppilatiuũ in augmẽto. ℞. succi prunoꝝ siue acatie. aloes. boli armeni. sorditiles uasorũ apũ. sumac. ⁊ alumis. i. faxioli. ⁊ gipsum. ⁊ calx ambo extincta. ⁊ tinci. añ. oĩa fiãt ꝯtrita: ⁊ cũ debita q̃ntitate optimi vini fiat emplm: ⁊ si vis addẽ de olo ro. uel masticino cũ sufficiẽti cera: fiat vnguẽtum molle: ⁊ supra locuʒ vnge.

¶ Aliud vngm ꝯglutinatiuũ: qđ ꝯuenit rõne tertie itẽtiõis i. ꝯsolidare ⁊ icarnare. ℞. masticis. sarcocolle. thuris. sandarace. i. vernicis. sang. dra. mumie. alumis iament. añ. ʒ. j. fiat puluis: ⁊ apponat̃ i casu ⁊ offensiõe ubi erit vulnꝰ: ⁊ qñ opʒ fieri ꝯglutinatio siue ꝯsolidatio: ⁊ si vis potes addẽ istis pulueribꝰ de olo masticino ⁊ cera: fiat vngm ⁊ utere.

¶ Embrocatio ad euaporãdũ mãʒ in mẽbro itrinseco ꝓm q̃rtã itẽtionẽ: que est in medicis euaporantibꝰ. ℞. folioꝝ cipsi. ⁊ folioꝝ sambaci. i. yesumi: ⁊ est arbustꝰ faciens florẽ albũ ad formã violaꝝ albaꝝ: ⁊ in maxima copia abundat Alexandria: in qua saraceni colũt mahumet pro suo deo: ⁊ folioꝝ albetil. i. folioꝝ tamarisci: ⁊ est arbor portata de ultramarinis terris: ⁊ silr si ponat̃ lac acetosuʒ: ⁊ cũ sufficiẽti decoctione sup̃dictarum reruʒ fiat embroca: q: mirabiliter euaporabit mãm contentam in porositatibꝰ ⁊ hoc quando fuerit sine vulnere.

¶ Aliđ remediũ mirabile: qđ oẽs Paduane mulieres rustice serũt, hñs q̃tuor itẽtiones assignatas. ℞. aloẽ siue loco ipsiꝰ herbã uocatã ꝯferlã. i. ꝯsolidã: ⁊ optie pista: ⁊ sup locũ patientẽ appone. Et qñq3 bulliũt in oleo: ⁊ qñq3 faciũt tortellos: ⁊ dant vnũ q̃libet die ad comedẽdũ.

¶ Iteʒ de dicto oleo in quo decocta fuerit predicta herba vngunt locũ ⁊ cum stupa caneue: q: est calida ⁊ in ea frigida inuoluunt dictum infirmum.

¶ Vngm mirabile in casu ⁊ offensiõe in q̃libet itẽtione applicabili ꝓm estimationẽ medici. ℞. brionie. lb. j. radicis siccidis. i. cucumeris asinini. lb. ß. sqlle. ʒ. iiij. yreos. ʒ. iij radic. filie. ʒ. j. radic. ebuli. tribuli marini. añ. ʒ. j. oẽs radices ter uł q̃ter abluas bñ. ⁊ postea in mortario terreo terant̃: ⁊ in duabꝰ olei lenti ponant̃ per duos dies. tertia die sup ignẽ ponant̃: ⁊ tãdiu bulliãt donec radices incipiant diminui. postea ponant̃ in sacco ⁊ exprimant̃ ⁊ colent̃: ⁊ cum colatũ fuerit iterum sup ignẽ ponant̃: ⁊ cum bullire inceperint: ponant̃ cere. ʒ. vij. ß. liquefacta cera ab igne deponat̃: ⁊ cum infrigidatum fuerit: collige: ⁊ usui reserua. ¶ Nota q̃ si supradicte radices dimittantur in oleo per. x. dies: fortius esset ⁊ magis ualeret.

¶ Vngm aliud mirabile uocatũ aragon a Nicolao. ℞. roris marini maiorane. radic. yari. ꝓpilli. ruthe. radic. cucume. asinini. añ. M. ij. folioꝝ lauri. sauine. ʒ. j. ß. laureole. ʒ. iiij. nepite. lb. ß. folioꝝ cucu. asinini. ʒ. iij. masticis oliba. añ. ʒ. iij. ß. piretri. euforbij. añ. ʒ. ß. çinçi. pipis. añ. ʒ. ß. olei muscellini. ʒ. ij. olĩ petrolei. ʒ. ß. adipis ursi. ʒ. j. ß olei laurini. ʒ. j. ß. butyri. ʒ. ij. olĩ cois. lb. j. cere. lb. ß. ⁊ ʒ. j. ß. Herbaruʒ radices oẽs supradicte colligant̃ de mẽse Junij oẽs herbe in vno die uel duobus fortiter in mortario trite: ponant̃ in olo per. vij. dies: ⁊ post ea ponant̃ sup ignẽ ⁊ coquant̃ dõec destruant̃: postea per saccũ fortiter colent̃: ⁊ iteꝝ sup ignẽ ponant̃: ⁊ cũ bullire icepit: addat̃ oleũ laurinũ. butyrũ. adeps ursi. ⁊ cera liq̃facta: adde petroleũ masti. muscelli. ⁊ olibanũ. ʒʒ. pip. piretrum: tunc ab igne deponatur ⁊ decoquatur.

¶ Vngm malasticũ ⁊ calasticũ dictum dyaltea a radice illa euisci di: malasticũ mollificatiuũ: calasticũ. i. resolutiuuʒ.

¶ Itẽ radicũ euisci. lb. j. se. lini fenugr. añ. lb. ß. sqlle. ʒ. iij. radices bñ abluant̃ ⁊ terant̃ cũ se. lini ⁊ fenugreci ⁊ sqlle postea in lb. vij. aq̃ ponant̃ in sacco: ⁊ cũ exꝓmẽ uolueris addat̃ aliquantulũ aq̃ feruẽtissime ad extionẽ illiꝰ succi. De succo isto accipe lb. j. ⁊ mitte in duabꝰ lib. olĩ: ⁊ bulliat usq3 ad succi cõsumptionẽ. Postea addat̃ cere lb. ß. ⁊ cũ liq̃fcã fuerit: adde terbẽtine ⁊ galbani. gũmi hedere. añ. ʒ. j. ad ultimũ ponat̃ puluis resine. colophonie. añ. ʒ iij. ⁊ cum fuerit coctum ab igne deponat̃: ⁊ cum fuerit infrigidatum ⁊ ꝯglutinatum: diligenter colet̃ ⁊ usui reseruetur: ⁊ in loco patienti extra vnge.

¶ Vngm aliud mirabile casus ⁊ offensiõis. ℞. oleũ camomellinũ. oleũ amigdalaꝝ dulciũ. olei sisamini. añ. ʒ. j. cere q̃ntũ sufficit: fiat vngtũ molle: ⁊ vnge locum.

¶ Sequit̃ de casu ⁊ offensione supra uentrem.

Jam diximus de cura casus ꝑcussiõis sup uẽtrẽ in libº 3º. ⁊ i Fen. xvj. ⁊ in capº ultio dicit Auic. ad quẽ recurre pro cõpletiori doctria: q: opʒ ut iteret̃ modus opatiõis. Nã rectiꝰ in oibus illis est ut extrahat̃ sanguis si possibile est: ⁊ det̃ in potu: post illud thuris ⁊ sang. dra. ⁊ boli armeni ⁊ karabe. ʒ. j. cũ vino cocto. Et si fuerit sputꝰ sanguis: aut fluxus eiꝰ ꝑ anũ aut uomitꝰ: ponat̃ in ipo opij g̃na. iiij. ordei. cibꝰ aũt cibãdi ifirmũ in isto casu sit lenitiuus ⁊ ifridatiuus: sicut sunt olea atriplex siue crisolocãna ⁊ malua. Sʒ cũ itẽdis ꝯglutiare: fiat cibꝰ de arnoglossa q̃ est spẽs plãtagis: ⁊ de succis ifridatiuis cũ ꝑmixtione lenificatiuoꝝ: sic exꝓssio solatri arnoglosse. aut endiuie. aut aq̃ sup̃dictarũ aquarũ cũ cassiafistula. Et h̃ maxie ab Aui. expta sunt in hoc casu ℞. psiliũ tritũ. p. j. lacce ⁊ karabe: qđ est gũmi: amborum medietas q̃rte ptis ⁊ croci. vij. ps. ⁊ potio eiꝰ sit. ʒ. ij. cũ aq̃ solatri. Itẽ ualent trocisci de karabellis karabe. x. rosa. v. acacie ablute. ʒ. j. spice inde. vj. mellilotĩ. p. x. mastic. iiij. corticũ thuris. iiij. boli armeni. vij. croci. vj. nucis cupssi viij. fiãt trocisci cũ aqua plãtagis: ⁊ hec remedia ꝯueniũt maxime qñ egritudo trãsiuit ꝓncipiũ. Medicamia autẽ localia sunt istud emplm. ℞. poma siluestria. x. decoquãtur in vino cocto odorifero: ⁊ fiat optima eoruʒ contritio laudani. ʒ. j. ⁊ rosaruʒ. ʒ. ij. ⁊ spice nardi. ⁊ masticis. ⁊ eupatorij abluti. añ. ʒ. ß. ꝯficiat̃ cuʒ aqua cipssi: ⁊ exꝓssa cũ oleo de lilio ⁊ emplastretur cum eis.

¶ Vngm alabastrũ mirabile in ꝯtusiõe ⁊ attractiõe casu ⁊ offensiõe: ⁊ ẽt in vulneratis ⁊ flagellatis ⁊ i tortura cũ torqueat̃ ⁊ silibꝰ. Et uocat̃ vngm alabastrũ nardi. spica nardi ꝑciosi qđ romani a hierlm attulerunt tpe quo dñs nr̃ Jesus chrs fuit crucifixus. Probatũ est in oibꝰ febribꝰ ⁊ rigoribꝰ ⁊ calculosis doloribꝰ lũboꝝ: petrã de uesica rũpit: renũ dolorẽ aufert: ⁊ emigraneũ dolorem amputat: matricibꝰ optie ꝯfert. Maria ⁊ Martha sorores Laçari hoc vnguẽto use fuerũt: cuiꝰ. ℞. sauine viridis. ʒ. v. gallarũ cipssi. ʒ. lxv. roris marini viridis. saluie. hedẽ terranee viridis. millefolij. arthemisie. fenugreci. herbe bñdicte. se. lini oiuʒ. añ. ʒ. vj. hec oia sit trita in aque sextarios. xij sextariꝰ est põdus auri. iiij. ß. aurus est q̃rta ps vncie: vncia sunt. viij. ʒ. mitte ⁊ dimitte macerari usq3 ad 3m diem: postea adde olĩ sextaros. v. diligẽter: tãdiu coque donec ad oleũ ꝑueniat remota aq̃. remoto vo ab igne ⁊ colato ꝑ saccũ mũdũ additis cere mũde. ʒ. vij. colophonie. terbẽtine. galbani. gũmi hedẽ. picis hyspane. rasine. olibãi masticis oiuʒ. añ. ʒ. v. storacis. calamite. coçubri. i. picis. storacis liq̃de spice nardi oiuʒ trium lb. j. balsami. ʒ. iiij. que terẽda sunt tere: que liquida liquefiãt insimul mixtis oibus diu agitãdo misce: deinde usui reserua.

¶ Seq̃t̃ de flagellatis ⁊ ṽberatis cura ipsiꝰ. Cap. XV.

Vacuationes utiles cũ diuisionibꝰ ꝓm utilitatẽ e ⁊ ꝓm diuersitatẽ non obliuiscaris: q: in hoc tota ꝑfectio cure pẽdet. Hoc facto dixit sapiẽs. i. S. Libº ṽberati ⁊ flagellati ⁊ silis: fiat ex ciceribꝰ rubeis excorticatis: ⁊ fac q̃ ius ⁊ sbstãtia q̃si sit ideʒ. i. q̃ nõ sint nimis spissa.

Et silr faxioli cũ corticib⁹ suis ꝛ cũ brodio suo est ex radi
cib⁹ optimis ad hoc ut ducat mãm per viã urinalẽ cũ sint
diuretici. Et iterũ ualet bolũ armenũ ꝛ reuponticuz cuz
çç. ꝛ def ẜm descriptionẽ. ℥. j. ʒ. supra locũ v̄o omnes cõ
cordati sunt ꝙ calida resoluẽtia temperata sunt optima.
Pellis eius excoriata subito: ꝛ sic calida apponaf mem/
bro: ꝛ si illa frigescit, ꝓcede cum alijs supposito aliqñ sal.
ꝛ aliqñ nasturtio uel se. apij. uel cimini. mirabiliter vidi
egros in scõa die sanos fieri. hoc etiã ꝯfirmante Auicẽ.
¶ Item ualet mirabilr stercus bouis siue uacce. ¶ Itẽ
mirabilr ualet litargirũ cum cerusa ꝛ oleo rof. ꝛ cera fa/
cto ceroto. ¶ Itẽ ualet epithima ex dragaganto ꝛ croco
equali mẽsura. ¶ Item mirabilr ad remouẽdũ sangui/
nẽ mortuũ siue uestigiũ. ℞. arsenici. ʒ. ʒ. lapidis qui repe
rif in pipe paruus trãsportat⁹ de ultra mare cũ pipe. ʒ. ʒ.
butyri. ℥. ij. misce ꝛ fiat vngᵐ: ꝛ supra locum vnge.

¶ Vngᵐ q̃ usus fui in h̃ casu. ℞. litargirũ aureũ uel argẽ.
℥. j. ceruse. ℥. ʒ. thutie. ʒ. ij. olei lilioꝝ alb. ꝛ cere qᵭ suffic:
fiat vngtũ: ꝛ supra locum line. ¶ Item si sanguis erit in
oculo sanguis calidus colũbi iuuenis reptus in fine ali
cui⁹ pẽne de ala violẽter excte in oculo ꝓijce: q: mirabi
liter remouet resoluẽdo illum sanguinem exñtem in cõ
iunctiua: ꝛ per totum oculum circũcirca.

¶ Sequif de torsione siue egamẽ ꝛ qᵭ maxime fit in mẽ/
bris officialib⁹ sicut anche ꝛ adiutorij. Cap. XVI.

Um aliqs tormẽtatus fuerit in iũctura ad
iutorij: accidit torsio ꝛ egamẽ: ꝛ cum
ista nõ differãt nisi ẜm magis ꝛ minus: ſb vno
ꝛ eodem caplo de cura istoꝝ declarabif. Dixit Auic. ꝙ
melior curatio iuncturarũ officialiũ: per officialiũ intel/
ligunf humeri ꝛ anche. Dicit aliter alia littera officialiũ
intellige: nõ ꝙ alie iuncture nõ habeãt officium: sed est
quidã modus loquẽdi ẜm ꝙ nos dicimus spõdiles dor
si non priuãdo: ꝙ nõ sint alij spondiles in partib⁹ inferio
rib⁹ a dorso. ¶ Nuclei aũt dactiloꝝ redacti ad formã pul
ueris cuz terbẽtina ad formã emplri sunt optimi in dislo/
catione. Si aũt cõpletiorẽ doctrinã medicinarũ intẽdis
habere: recurre ad ultimũ caplm de fracturis ossiuz in fi
ne huius quarte Fen huius quarti libri.

¶ Emplm siue cerotuz in ꝯfortãdo iũcturã ubi sit torsio ꝛ
egamẽ. ℞. terbẽtine. ℥. iiij. boli ar. sanguis draco. farine
ordei. añ. misce cuz p̃dicta terbẽtina: ꝛ ingrossef intãtuz
ꝙ fiat ad formã ceroti aliqualr duri: ꝛ extende sup corio
uel petia: ꝛ appone loco iuncturoso: ꝛ est optimum.

¶ Aliᵭ ad idẽ qᵭ ualet ubi fuerit dislocatio aut torsio ꝯfir
mãdo iũcturã aut egamẽ aut elõgatio. ℞. boli ar. ℥. v. li/
targiri. ℥. iij. ceruse. ʒ. ij. sang. dra. ℥. j. cẽtauree cõbuste. ℥
ʒ. dyaglonis al. ʒ. ij. olii ro. ꝛ cere al. paululũ terbẽtie. q. s.
fiat vngᵐ duꝝ ꝛ sup corio loco appone: ꝛ si addes de se/
po castrati spadrapũ siue cerotũ: optie ualebit in tybijs.

¶ Sequif de excoriatione que fit a subtularib⁹: aut a lapi
de: aut a pariete uel a silibus. Cap. XVII.

T ait Aui. Excoriatio est corruptio
ꝛ remotio pellis que ac/
cidit in supficie cutis per laboriosuz tactũ. i. per
fricationẽ laboriosam: sicut si fieret ex fricatione subtula/
riuz pp longũ iter uel ex fricatione lapidis uel ad parie/
tem. Hec talis excoriatio gñat apa: si corpus inuenerit
plenum: ꝛ aliqñ nõ nascif ex ea apa: si corpus fuerit mũ/
dum: cutis est qñq3 tota excoriata ꝛ ablata a membro: ꝛ
qñq3 nõ ablata: sed pẽdens: que oportet ut reducaf pro
